

9016



- 1.) Christ. Thomastus Emendationem iustitia neqz facilem neqz  
impossibilem esse (menti.)
- 2.) Id. de emendandis litium protractionibus in materia iura-
- 3.) Id. de caractere medici ad curandam tædiositatem processuum.
- 4.) Id. de protractione litis per allegationes legum.
- 5.) Id. de protractione iustitia per amicabilem compositionem.
- 6.) Ric. Hier. Gundling de transmissione actorum.
- 7.) Id. de lite contestata comoda plerumqz.
- 8.) Joh. Petr. à Cudewig differentia juris Rom et Germ. de Senatori-  
bus et Consulibus
- 9.) Id. de fideiussione uxoris.
- 10.) Ejusd. Differentia Juris R. et G. in S<sup>to</sup> Valleiano. Diss. 1.
- 11.) Dissert. 2.
- 12.) Ejusd. Differentia Juris R. et G. in S<sup>to</sup> Valleji. exule.
- 13.) Ric. Hier. Gundling de transactionum stabilitate
- 14.) Christ. Thomastus de dominio (lato)
- 15.) Jac. Frid. Cudovici de dominio ex contractu doloso non tracto
- 16.) Joh. P. de Cudewig differentia Juris R. et G. in re militari
- 17.) Ejusd. Dissert. 2.
- 18.) Jac. Frid. Cudovici de jure retentionis ex diversa causa.
- 19.) Christ. Thomastus de equitate crebra legi Anastasiana
- 20.) Id. de remissione tacita pignoris.
- 21.) Petrus à Cudewig de differentia Juris R. et G. in donationibus

- 22.) Jac. Frid. Ludovici de hypotheca tacita fisci propter  
debita et delicto
- 23.) Id. de creditore ad fidem habendam inducto.
- 24.) Christ. Thomafius an promissa facti libertate prestando  
id quod interest.
- 25.) Jac. Frid. Ludovici de prescriptione nonageraria.
- 26.) Christ. Thomafius de facultate brocardici: causa facta exiit  
à dolo.
- 27.) Id. de presumptione furoris.
- 28.) Jac. Frid. Ludovici de juramento compensationem non exclu-  
dente.
- 29.) Id. de teste contumace.
- 30.) Nic. Hier. Gundling de principe herede ex testamento civium
- 31.) Just. Henig Boehmer de poena sine crimine.
- 32.) Jac. Fr. Ludovici d. e. q. j. e. circa pulchritudinem.
- 33.) Nic. Hier. Gundling majorem à feminis quam à viris requiri  
capitalem.
- 34.) Jac. Fr. Ludovici an species deroget generi
- 35.) Id. de grammatica mala.

DISSERTATIO JURIDICA,

DE

# ÆQVITATE CE- REBRINA ET EXI- GUO USU PRACTICO LE- GIS ANASTASIANÆ,

*Occasione Juris Provincial. Prutenici,*

LIB. IV. TIT. VI. ART. V. §. III.

QUAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

## DOMINO CAROLO,

PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-  
DENBURG. CETERA,

*In Regia Fridericana,*

PRÆSIDE,

### DN. CHRISTIANO THOMASIO,

Jcto, S. REG. MAJ. BORUSS. CONSILIARIO INTIMO.

ACADEMIÆ DIRECTORE AC PROFESSORE PRIMARIO, FA-

CULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO ET H. T.

DECANO,

IN AUDITORIO MAJORI,

A. d. VII. MAJ. ANNI CL. IOCC. XVII.

*Publicæ Eruditorum disquisitioni submittet,*

AUCTOR RESPONDENS,

### CHRISTOPHORUS HENRICUS Vorhoff/

Insterb. Boruffus.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.

XIX

DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
Aequitate CE  
REBRINA ET EXI  
GNO USU PRACTICO IE

GI S ANASTASIAN  
Occasione Juris Provincialis Prutenici  
LE IV. TT. VI. AR. V. § III  
QUAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO CAROLO

PRINCIPIS BORUSSIE, MARCHIONIS BRAN  
DENBURG-GETTES  
In Regia Fridericana  
RESIDIT

DN. CHRISTIANO THOMASIO  
IO. S. REC. MAJ. BORUSS. CONSILIARIO INTIMO  
ACADEMIE DIRECTORE AC PROFESSORE TRIENNALI, ET  
COURTIS JURIDICAE ORDINARIO ET R. P.

DECANO  
IV. AD. T. AR. MAJORE  
A. S. VI. MAJ. AR. C. I. L. AR. XVII  
L. AR. C. I. L. AR. XVII  
AUCTOR RECTORIS  
CHRISTOPHORUS HENRICUS BORDELLI  
Iussu Borussie

HALL. MINDENBURGICA  
Typo Christiani Harszini, Actus Typog.

XIX



VIRO  
PERILLVSTRI, GENEROSISSIMO ATQVE  
EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
JOH. ANDREÆ  
DE KRAUT,  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI  
BORUSSIAE REGIS CONSILIIIS TAM  
BELLI QVAM ÆRARIII INTIMORI-  
BUS.

*Domino suo longe benignissimo.*



VIR  
PER - ILLUSTRIS,  
GENEROSISSIME ATQVE EXCELLENTIS-  
SIME

*Domine longe Benignissime.*

DOMINO  
JOH. ANDREAE  
DE KRAUT.  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI  
BORUSSIAE REGIS CONSILII TAM  
RELIQVAM REARUM INTIMORI-



Ingulare id propriumque ma-  
gnis est viris, ut, quo magis virtute,  
sapientia &, quæ his maximum ornamen-  
tum conciliat, humanitate alios excellent,  
eo plures præsidium sibi ab iis decusque expe-



expetant. Quæ si in quem alium in **TE VIR PERILLUSTRIS**, certe conveniunt quam maxime. Sapienciam enim & virtutem **TUAM** tam aperte loquuntur amplissima atque gravissima a Sapientissimo **REGÈ** nostro commissa Fidei **TVAE** negotia, ut eo nomine ab omnibus merito summis effe-  
raris laudibus. Nec minori **TE** præditum esse comi-  
tatis gravitate condita, eximiaeque benevolentiae erga omnes studio, innumeri venerandi **NOMINIS TUI** te-  
stantur clientes. Hæc considerans, à nemine temeritatis  
cujusdam macula aspergi posse mihi videbar, si quamvis ad-  
huc prorsus ignotus, præsentem **TIBI VIR PERILLUSTRIS** consecrare dissertationem & primitias studiorum  
meorum admodum exiguas, tanquam primam **PERILLUSTRIS NOMINIS TUI** demissimæ venerationis exhibere  
tesseram auderem. Ita enim semper induxi animum, ut  
quos rarissima, æternumque grata a me mente conservan-  
da Davissionorum Gedani multis nominibus florentium, be-  
nevolentia, in studiis facerem progressus, iis maxime  
dicatos sacrosque cuperem, qui & auctoritate & benigna  
voluntate res meas quam validissime adjuverent. Qua-  
re submissè **TE VIR PERILLUSTRIS** rogo, velis hoc  
devotissimi **TIBI** animi mei testimonium serena accipere  
fronte, optimaque **TVAE** in me voluntatis vestigia osten-  
dere tanto expressiora, quanto, quid possis, multi cognove-  
runt clarius. Cum vero virium mearum tenuitas major  
sit, quam ut maximis **TUIS** beneficiis dignas polliceri queam  
gratias, summum Numen omnibus implorare precibus nun-  
quam

quam cessabo ut **TE VIR PER ILLUSTRIS** diu bono publi-  
co, illustris familiae **TVAE** omnibusque Summi nominis **TVI**  
cultoribus vigentem, florentem, sospitemque conservet. Sic  
**TE** maximum Patronum suum assiduus impensissime colet  
ac observabit

**PER-ILLUSTRI**  
**GENEROSISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO**  
**NOMINI TUO**

*eternum devotus*  
**CHRITOPHORUS HENR. Vorhoff,**  
Inscr. Borussus.



CONTENTA DISSERTATIONIS.

**P**rooemium. Sensus Legis Anastas. & extensio Justiniani. §. I. Eam plerique & æquissimam esse, & frequentem usum habere putant, sed rationibus non sufficientibus. §. II. Æquitatem quod attinet, alia vera est. §. III. Alia cerebrina. §. IV. Vera æquitas integrum debitum solvi jubet. §. V. Supponitur enim debitum verum, quod omnino integrum solvendum creditori. §. VI. Ad eoque etiam ejus Procuratori, & consequenter cessionario. §. VII. Eodem jure gaudet Cessionarius, licet dominium nominis in eum transire putet, est enim successor cedentis. §. VIII. Nec debitoris inter est, quantum solverit cessionarius. §. IX. Imo etiam cessionarius gratuitus recte totum exigit. §. X. Nec adimenda creditori occasio actionem vendendi. §. XI. Nec æquum est, venditorem conqueri de contractu libera voluntate inito. §. XII. Conqueri non potest de lesione, qui rem sciens minoris vendidit. §. XIII. Certa igitur est regula æquitatis, debitorem cessionario curvis in solidum teneri. §. XIV. Argumenta contraria æquitatem cerebrinam redolentia: 1.) odium ingeniorum litigabundorum, litesque alienas captantium. §. XV. Resp. a.) Lites alienas in se transferre non injustum est, & ne quidem semper indecorum. §. XVI. Resp. b.) Magis odiosi sunt debitores qui non nisi injuste integrum, quod debent, solvere detrectant. §. XVII. Argum. contrarium 2. Multiplicatio litium transactionibus facile sopiendarum nisi majus debitum minore pretio cedatur. §. XVIII. Resp. a.) In causa justa utilius est promptam executionem, quam transactionem quovis modo adjuvare. §. XIX. Resp. b.) Si causa ad liquidum deduci nequeat, nihil lucrabitur Cessionarius & iisdem conditionibus transiget, quibus cedens. §. XX. Resp. c.) Ita removebitur major injustitia debitoris, qui facile creditorem lites execrantem ad inquam transactionem compellet, nisi huic liceat alteri nomen pro lubito valide cedere. §. XXI. Argum. contrar. 3.) In honestum cessionarii certamen de lucro ex alienis litibus captando. §. XXII. Resp. a.) Honestum est lucrum, cedente consentiente, ex nomine cesso, cujus & periculum & curam à cessionario gratis subiri iniquum est, absque cujusquam injuria

ria acquisitum. §. XXIII. Resp. b.) Sufficit, illud saltem non injustum esse. §. XXIV. Resp. c.) Contra debitor cessus de parte debiti, invito creditore, retinenda, non solum inhoneste sed & injuste certat. §. XXV. Argum. contrar. 4.) Deterior conditio debitoris ex consuetu cessionariorum auritio, auctoritate ac rerum forensium peritia. §. XXVI. Resp. a.) Certus creditor jure suo, incertus frustra durus est. §. XXVII. Resp. b.) Peritia forensis non impedit, quo minus quis Procurator fiat in rem Creditoris: Ergo nec obstare debet, quo minus fiat procurator in rem suam seu cessionarius. XXVIII. Resp. c.) Auctoritas cessionarii vel tanti non est, vel potentior em facit cessionarium, qui ex alio capite removetur, ad eoque ad banc legem non pertinet. §. XXIX. Argum. contrar. 5.) Novae debitor em involventes. §. XXX. Resp. a.) Controversiae de legitimatione vel cessionario & mandatario in rem alienam communes sunt, vel ex L. Anast. propullulant. §. XXXI. Resp. b.) Controversiae aliae nullius momenti sunt. §. XXXII. Resp. c.) Multae controversiae circa mandatum moveri solitae cessione vicissim tolluntur. §. XXXIII. Resp. d.) Immo melior redditur conditio debitoris, qui & ex cedentis & ex cessionarii persona exceptionibus gaudet. §. XXXIV. Argum. contrar. 6.) Simulationes hic intervenientes alias odiosae. §. XXXV. Resp. a.) Ex parte cessant sublata Lege Anastasiana. §. XXXVI. Resp. b.) Debitori officium in solutione facienti nihil prejudicat. §. XXXVII. Argument. contrar. 7.) Animus vexandi debitorem. §. XXXVIII. Resp. Vexari non potest debitor solvere paratus, qui vero animum habet vexandi creditorem, merito ipse vexatur. §. XXXIX. Argum. contrar. 8.) Usuraria praevitas. §. XL. Resp. Ea pertinet ad mutuum, non ad omissionem nominis, nec extendenda. §. XLI. Usum practicum frequentem putant plerique. §. XLII. Sed rectius negatur. Resp. ad rationes dissentientium. §. XLIII. Argumenta usum practicum Legis Anastasiana consulantia. 1. Jus Civile in Germania credit aequitati. §. XLIV. 2.) Cessat ratio Juris Romani a.) Lex Cincia intuitu cessionarii. §. LXV. b.) Favor intuitu debitoris cessi. §. XLVI. 3.) Constitutiones Germanorum plurimum à Jure Romano recedunt. §. XLVII. Facile eluditur lex Anastasiana a.) ob difficilem probationem venditionis minore pretio factae. §. XLVIII. b.) ob animum vexandi debitoris, praesumptione bonae fidei remotum. XLIX. Multitudo exceptionum ipso jure civili regulam obruentium. §. L. Utilitas meae sententiae, 1) in servanda fide publica. §. LI. 2) in sapiendis litibus. §. LII. Restrictio dictorum quoad ea loca, ubi lex Anastasiana specialiter recepta. §. LIII. Temperamentum juris constituendi. §. LIV. Conclusio. §. LV.

DIS-



DISSERTATIO JURIDICA,  
DE  
**ÆQUITATE CEREBRINA**  
ET EXIGUO USU PRACTICO  
LEGIS ANASTASIANÆ,

OCCASIONE JURIS PROVINCIALIS PRUTENICI,  
LIB. IV. TIT. VI. ART. V. §. III.

PROOEMIUM.



**C**um antequam ex Academia hac discederem, specimen aliquod mihi edendum esset, consultissimum duxi, tale ex Jure privato eligere argumentum, quod non tam propter subtilitatem, quam utilitatem, tum publicam, tum privatam commendari mereretur. Nec adeo diu hærenti sese obtulit sanctio quæ in Jure Prutenico, quod mihi patrium est, vulgo *Preuss. Landrecht*, de Cessione Actionum vel nominum Lib. IV. Tit. VI. Art. V. §. III. verbis infra §. XLVII. relatis, invenitur, quæque à Constitutione Anastasiana & a mente plurimorum

A

rum

rum Jctorum aperte discedit. Cum enim & auctor hujus Legis, & Interpretes cessionem actionis vel nominis non aliter admittendam statuunt, quam ut pretii à cessionario cedenti exhibiti sollicitè habeatur ratio, idque æquissimum pariter atque justissimum prædicent: subiit me cogitatio, quænam ratio Electorem Serenissimum FRIDERICUM WILHELMUM impulerit, ut contrarium in Prussia observari & cessionem judicialiter factam quantumcunque etiam pretium solutum fuerit, subsistere voluerit. Hanc igitur patrii Juris ab Anastasiana lege diversitatem cum profundius meditarer, & in utriusque rationes usumque Præcticum diligentius inquirerem, Juris Prutenici decisionem moribus nostris plane accommodatam æquissimamque inveni, & è contrario sententiam Constit. Anast. ejusque Interpretum ad tempora nostra plane non quadrare, ac Doctores quicumque eam retineadam tantopere svadent, non nisi cerebrinam æquitatem inculcare, deprehendi. Quod cum parum conveniat doctrinis receptis, operæ pretium putavi, Paradoxon istud paulo uberius deducere. Eaque fuit occasio hujus dissertationis in qua æquitatem cerebrinam & exiguum usum Præcticum Legis Anastasianæ ostendere conabor. Historiam vero argumenti præsuppono, cum illam pro dignitate tractaturo non dissertatio, sed justus liber scribendus esset: At mihi propositum fuit brevitas studium, quod nec plura præfari permittit: DEO itaque juvante rem ipsam absque ambagibus aggredior.

## §. I.

**M**

Ultis in beneficiis, quæ debitoribus contra ri-  
 gidas Creditorum exactiões jura civilia  
 concedunt, meo quidem judicio non ulti-  
 mum tener locum, quod Imperator Anasta-  
 sius mira humanitatis atque benevolentia  
 ratione motus in *L. 22. C. Mandati & Contra*,  
 admodum liberali, ut dicunt, manu iis concedit. Non perdam  
 igitur laborem in quæstione inani, si in tanti beneficii, æquita-  
 tem usumque practicum inquiram. Interim LL. Interpretes  
 de vero constitutionis hujus intellectu in diversissimas abeunt  
 sententias: quare operæ pretium sine dubio faciam, si sensum  
 Legis propius inspiciam, eamque prius exponam, quam ipsam  
 æquiritatis rationem à tot tantisque Jctis summis ad cœlum us-  
 que elatam laudibus, & tantum non pro divina venditam, cum  
 viridi, quæ passim celebratur, hujus juris observantia, exami-  
 nare instituum. Verba Constitutionis hæc sunt. *Per diver-*  
*sas interpellationes ad nos factas, comperimus quosdam alienis*  
*rebus fortunisque inhiantes, cessiones aliis competentium actio-*  
*num in semet exponi properare: hocque modo diversis personas li-*  
*gatorum vexationibus afficere: cum certum sit, pro indubitatis*  
*obligationibus eos magis, quibus antea suppetebant, (jura) sua*  
*vindicare, quam ad alios ea transferre velle: Per hanc itaque*  
*legem jubemus, in posterum hujusmodi conamen inbiberi: nec e-*  
*nim dubium est, redemptores litium alienarum videri eos esse, qui*  
*tales cessiones in se confici cupiunt: ita tamen, ut si quis datis pe-*  
*cuniis hujusmodi subierit cessionem, usque ad ipsam tantummodo*  
*solutarum pecuniarum quantitatem, & usurarum ejus actiones*  
*exercere permittatur: licet instrumento cessionis, venditionis no-*  
*men insertum sit: exceptis scilicet cessionibus, quas inter coheredes*  
*pro actionibus hereditariis fieri contigit: & his, quas cunque vel*  
*creditor, vel is, qui res aliquas possidet, pro debito, seu rerum apud*  
*se constitutarum munimine ac tuitione accepit: nec non his, quas in-*  
*ter legatarios, seu fideicommissarios, quibus debita vel actiones seu*  
*res aliæ relictae sunt, pro his fieri necesse sit. Nulla etenim talis ratio-*

ne intercedente redemptor (sicuti superius declaratum est) magis existit, qui alienas pecunias praestitis subit actiones. Si autem per donationem cessio facta est, sciant omnes hujusmodi legi locum non esse, sed antiqua jura esse servanda: ut cessiones, tam pro exceptis & specialiter enumeratis, quam aliis causis factae seu faciendae secundum actionum, quaecumque cessae fuerint, vel fuerint, teneant, sine quadam immutatione obtineant. Aliena uti existimo a sententia hujus Legis est opinio eorum, qui cessionem simulatam aut calumniosam ea rejectam putant: Huc pertinet *Sichardus* qui ad hanc Legem num. 3. cessionem actionum, inquit, praesumi simulatam, & ideo esse invalidam, nisi ad concurrentem quantitatem, si autem cessio fiat per donationem, illam validam esse. Cui accedit *Bartolus* in d. l. num. 1. iniquens: ex parvitate pretii cessionem actionum praesumi simulatam & invalidam, nisi ad concurrentem quantitatem pretii numerati, exceptis tamen casibus ibidem expressis. Aliter *Hugo Donellus* lib. 15. *Comment. cap. 43.* hic rationes subducit, cum dicit: in nostra Constitutione de qualibet actionis vel nominis venditione & voluntaria agi, eamque per hanc Legem prohiberi existimat, eo quod actionum cessiones & translationes titulo emtionis venditionis factae sint redemptiones litium, quas tamen odiosas esse constat. Alii aliter scribunt. Nostrium erit, missis Doctorum opinionibus, videre, quid tandem Imperator *Anastasius* per hanc Legem sancire voluerit. Ipse autem optimus nobis sanctionis suae existit Interpres, dum statim ab initio ait. Constitutioni huic occasionem dedisse malitiam quorundam hominum, qui bonis alienis atque fortunis inhiantes, cessiones actionum aliis competentium in semet exponi, eoque modo diversis vexationibus personas litigatorum afficere curabant. Hoc cum per diversas interpellationes ad Imperatorem delatum sit, motus fuit, conamen hujusmodi in posterum inhibere, & in L. nostra constituit, debitorem ad nihil aliud, quam ad summam pretii a cessionario soluti teneri debere. Excipiuntur tamen nominatim species quaedam, quibus facta cessio in totum valet; praeter illas autem Imperator hic etiam locum habere vult cessionem per do-



donationem factam, in eaque antiqua, quæ ejus verba sunt, jura servanda esse. Cum vero homines callidissimi, machinationem inveniētes, partem quidē debiti venditionis titulo transferre in alium Creditorem, reliquam autem partem per coloratam cedere donationem tentarent, Imperator Justinianus non modo legem Anastasianam confirmavit, sed noviter quoque in *L. 23. C. Mandari* constituit, cessionem pro parte venditam, pro parte donatam, ipso jure debere esse nullam, & debitorem ad solam pecuniæ pro parte emta solutæ summam esse obligatum. Quare ex dictis patet, Legem Anastasianam nihil aliud velle, quam, ne quis pro nomine per qualemcunque cessionem titulo non profusus gratuito obtentam acquisito, plus exigit, quam quod re vera datum est.

§. II. Hanc legem piissimam, humanissimam atque æ. *Eam pleriquissimam esse, & ipse fateatur Justinianus in L. 23. C. Mand. di. que & æcens: Ab Anastasio divæ memoriæ Principe, justissima constitutio quisquam conscripta est, tam humanitatis quam benevolentie plena: & haud esse, & pauci ex gravissimis Jctis eandem veluti divino adscribendam frequentem usum* Oraculo piis prosecuti sunt meditationibus, DEum O. M. anxie implorantes, ut nonnullos Justitiæ cultores in Principum *habere pauculis exciter, qui eo laborent, eo omnibus nervis contendant, tant, sed ut mores perversi, alique abusus, saluberrimas Anastasii & Justiniani Imperatorum Constitutiones de cessione nominum non sufficivenditorum latas passim turpiter pedibus quasi conculcantes, emribus.* aut limitationibus ac restrictionibus ita extenuantes, ut fere nullus earum videatur usus, emendentur & qui justitiæ administrationi præsent, saniora amplectantur consilia. Audire gestis; quoniam sint, qui tanta humanitatis atque æquitatis ratione ducti, salutem Reipublicæ ex observantia Legis Anast. viridi metiri solent? Facilis mihi est responsio, nec me à vero aberraturum existimo, si fere omnes, quorum mihi contigit de hac materia inspicere commentationes, huic inharere opinioni, affirmem. Legi hic instar omnium mererur integer Brunemanni tractatus *de Cessione Actionum*, ubi variis in locis, optimis rationibus has Constitutiones niti, & fundamentum in ipsa

justitia & pietate habere, contrarium vero à bonis moribus alienissimum esse, serio contendit. Plures vid. §. 42. Mirificæ huic æquitati frequentem Constitutionis Anast. in foris usum adjungunt, illamque ex hoc etiam probare student quam plurimi: vid. inf. §. 42. Accedunt variæ Constitutiones Germanicæ, quibus Legis Anastasianæ auctoritas denuo confirmata fuit. vid. §. 42. & 53. Hanc ergo Constitutionem per tot sanctiones approbatam & à magnis Jctis æquissimam & in praxi vigentem semper judicatam, iniquitatis accusare & Reipublicæ noxiam usque fere carentem demonstrare velle, id utique ominus videtur, cui ferendo humeri mei pares æstimare, temeritatis forte non leve esset indicium: Nihilominus ita à Præceptoribus meis institutus sum, easque ex ore celeberrimorum hujus Almæ Fridericianæ Justitiæ Antistitum percepi sententias, ut ubi veritatem perspicere mihi videar, nullius auctoritatem me ab ea revocare patiar. Ut taceam hanc nostri per Dñi gratiam sæculi esse felicitatem, ut deposito omni authoritatis atque præcipitantiæ præjudicio cuilibet liberum sit, veram indagare rationem, neque pro crimine amplius habeatur, æquitatem istam & humanitatem, ad quam plurimi provocant, considerate examinare, eique larvam, qua sæpe tegitur, detrahere. Quare certissime mihi persuadeo, me veniam quoque esse impetraturum, Legem Anastianam, quæ prima fronte humanitatis atque benevolentiae plena videretur, accuratius inspiciendi, atque ostendendi, eam omni fere æquitatis ratione destitutam esse, vel solum cerebrina niti, & usum valde exiguum in Praxi habere.

*Æquitatem, quod attinet, a-lia vera est,*

§. III. Æquitatem esse vel veram vel cerebrinam neminem fugit, qui mores hominum diligentius paulo meditatus est, seu, ut clarius loquar, qui Philosophiam moralem perspectam habet: Æquitas autem in doctrina morali proprie, uti justitia, prædicatur de actionibus ad officium hominum erga alios homines pertinentibus, ut proinde nulla foret æquitas, nisi plures essent homines, qui in adjutorium mutuum generati, non solum sibi suisque rebus prospiciant, sed & alienis

com-

commodis inserviant; sic utilitatem, quæ ex consideratione æquitatis capitur, magnam esse, cuius facile persuadebimus, ut adeo non male hanc virtutem bonum alienum aliqui vocaverint. Omnis enim veræ æquitatis ratio in eo fundatur, ut eadem aliis concedamus, quæ concedi nobis non injuste postulamus, nec faciamus alteri, quæ nobis fieri cum ratione nolumus. Æquitas quippe nec imponit cuiquam, ad quod nequaquam obligatur, nec demit, quod debetur, sed omnibus potius commodissimam sese præbet atque exhibet. Ex eadem fluunt præcepta, e. g. ut neminem lædamus, pacta servemus, aliis beneficiamus &c. quæ qui negligit homo omnium perniciosissimus, & quantum in se est, eo maxime proclivis videtur, ut summa misceantur imis, quadrata rotundis. Sed nolumus nimis in iis morari, quæ ex Philosophia præsupponenda ducimus; Tantum abest, ut de æquitate, quæ in explicandis legibus animadvertenda est h. l. dicere consultum ducamus, quippe quæ ad argumentum nostrum plane non pertinet.

§. IV. Contra cerebrina dicitur æquitas, quæ sub specie *Alia cerebrina* & larva æquitatis, iniquitas potius & injustitia est, nec enim omnia sunt æqua, quæ æquitatis habent imaginem, Gilken *ad L. 12. C. d. SS. Eccles. n. 16. & 17.* Magna adeo inter æquitatem veram & cerebrinam differentia apparet, nam hæc plane æquitatis nomen non meretur, licet sub ejus specie nostris sese commendet oculis, & revera nihil aliud sit quam æquitas, uti a Dn. Præsidente *in dissert. de Æquit. cerebr. Leg. 2. C. de Rescind. Vend.* appellatur, irrationalis. Differt tamen ab iniquitate, quod non omnis iniquitas sit cerebrina, sed saltem ea, quæ veritatem à falso non satis diligenter discernentibus primo intuitu fucum facit. Plura de hac æquitate qui legere cupit, consulat *citar. dissert.* ubi exactissime singula huc pertinentia pertractata inveniet.

§. V. Quare rem actam agere supervacuum ducens *Vera æ-* potius considerabo, quid in præsentī materia vera æquitas jubeat. Jure autem meritoque durus audiret, omnisque honesti *regum de-* sensu privatus videretur, qui vera hac æquitate quam ex ipsa *bitum solvi* *aa-jubet.*

natura humana ortam esse demonstravimus, Creditorem, ne à debitore totum debitum exposcat, prohiberi diceret: Mitisque ejusmodi æquitatis arbiter cum debitorem à cerebrina injuria defendere conaretur, creditorem, cui suum reddi non pateretur, vere demum injuria afficeret. Præceptum enim de fide servanda satis ostendit, planissimas justitiæ strictæ regulas flagitare, ut debitor debitum integrum absque ulla diminutione solvat, nec, nisi per exceptionem à peculiaribus circumstantiis aliquando, sed rarius, dependentem, ullam excusationem superesse, cur aliquam debiti remissionem postulet: Vera igitur æquitas sine dubio totum debitum præstari jubet.

*Supponitur enim debitorum, quod omnino integrum solvendum creditori.* §. VI. Supponimus enim hic debitum verum, ad quod suo tempore solvendum debitor vel ex sua promissione vel aliunde obligatur; jam autem neminem, qui vel prima Jurisprudentiæ audivit principia, vel clarissima sanæ rationis dictamina consulit, fugit, nomen hujusmodi ex contractu antecedenti mutuo vel alio quocunque fonte ortum, integrum esse solvendum creditori. Si enim aliquis rem nostram sub lege restitutionis à nobis accepit, hujus contractus natura hæc est, ut quoties res nostra alteri utenda data est, toties ab accipiente vel eadem species vel tantundem seu eadem quantitas pro diversitate conventionis reddatur: add. *l. 12. ff. de Pactis*. Si alia ratione quis nobis aliquid promissit, pariter non poterit dici fidem datam servasse, nisi omne id præstiterit, ad quod suo consensu se obstringit. Sin damnum nobis dederit, non emendabit injuriam nobis illatam, antequam omnem noxiam refarciverit. Eadem ratio est ejus qui ex quasi contractu nobis obstringitur. Nullum ergo dubium superest, quin æquissimum sit, debitorem creditori suo non solum partem debiti solvere, sed omne illud quod ipsi quocunque titulo debet.

*Adeoque etiam ejus Procuratori, & con-* §. VII. Cum itaque totum debitum exigendi jus Creditori sit, liberum illi quoque relinquatur, utrum, postquam dies venerit, sibi ipsi an potius Procuratori suo illud solvi velit, quippe qui ejus nomine agit, seu negotia Domini administrat: quod quis

quis autem per alium facit, ipse fecisse putandus est. Idem *er-sequenter*  
 go locum quoque habet in cessionario, qui, si recte res confide-*cessionario.*  
 retur, officium tantum Procuratoris hac saltem cum differentia  
 agit, quod procuratori quidem absque titulo ad transferendum  
 dominium rei corporalis habili mandentur actiones, & ideo om-  
 nia agat in utilitatem domini: in hoc autem præter manda-  
 tum necessarius fit titulus emptionis, donationis, legati, dotis  
 vel similis alias ad dominium transferendum habilis. Licet au-  
 tem per ejusmodi titulum, fructus & emolumentum actionis  
 transeat in cessionarium, hoc tamen non impedit quo minus  
 cessionarius sit maneatque procurator. Nimirum duplicem  
 ipse personam sustinet, & quatenus debitum cedentis nomine  
 exigit, mandatarius est, nec quicquam facit, nisi tanquam ce-  
 dentis mandatarius. Sed quia præterea nomen ipsi cessionis est,  
 ideo simul ejusdem emtor, donatarius, legatarius &c. est, & pro-  
 pter hanc qualitatem id, quod exegit, non restituit mandanti,  
 sed ad proprios usus applicat, eaque ratione non desinit esse  
 mandatarius, sed saltem non est mandatarius nudus, verum in  
 rem suam. Est igitur cessio negotium duplex, continetque pri-  
 mo mandatum, ut, quod cedenti debetur, cessionarius ejus no-  
 mine exigit, deinde venditio, donatio, in solutum datio vel quid  
 simile. Prius ad debiti exactionem, posterius ad debiti exacti  
 usum pertinet. Utraque concurrunt, sed minime confundi  
 debent. Cum igitur cessionarius revera sit mandatarius, opus  
 etiam habet mandato, tanquam parte cessionis. Scio equidem  
 multos Jctos in ea esse sententia, mandatum necessariam cessionis  
 partem appellari non posse, quia Antoninus Pius Impera-  
 tor *L. 16. ff. de Pact.* actionem utilem sine mandato permittit; sed  
 si rem recte perpendamus, apparebit, Antoninum quoque ven-  
 ditionis instrumento tacite mandatum contineri voluisse, ne  
 lites protraherentur, sed venditionis instrumento producto, i-  
 dem censeretur actum, ac si mandatum simul fuisset ostensum.  
 Adeoque non sublata fuit necessitas mandati omnis, sed tantum  
 mandati expressi, jamque sufficit mandatum tacitum sive præ-  
 sumtum, quod ex ipsa venditione fluit, cum, qui vult finem, ve-

lit etiam media, & ideo qui actionem vendit, etiam eandem tacite mander emtori, qui alias non posset debitum exigere, & venditoris intentionem explere. Verum igitur est, Romano etiam jure cessionarium, licet procurator in rem suam dicatur, tamen, quatenus debitum à debitore cesso exigit, à procuratore in rem alienam nihil omnino differre, sed puri puti mandatarii personam gerere. Vid. Gundlingiana *Part. VI. Sect. II.* Non apparet igitur ratio, cur non idem omnino exigere debeat, ac mandans, cujus nomine exigit, & cur de pretio quæri debeat inter cessionarium & cessum, cum emtio adeoque pretium plane separatum negotium sit, quod ad cessum non pertinet, quippe à quo alter non exigit quatenus emtor, sed quatenus mandatarius.

*Eodem jure gaudet Cessionarius, licet dominium nominis in eum transire puret, est enim successor assentis.* §. IIX. Non desunt tamen, qui hanc procuracionem in rem suam frustra confingi putant, qui proinde hoc argumento se convinci non patientur. Credunt enim potius, superfluum esse, quod venditor nominis adhuc ejus dominus dicatur, emtorque ex ejus persona ejusque nomine tanquam mandatarius agere jubeatur: cum verius putent, ipsum pretio soluto fieri dominum nominis, nec ullum jus in debitum venditum penes venditorem manere, adeoque frustra ejus mandatum requiri, cum potius emtor & cessionarius illud, tanquam rem suam, pro pretio nomine exigere valeat. Cum his non opus est, ut prolixius disputem. Nam & juxta hanc hypothesein cessionarius integram solutionem æquissime postulabit. Cum enim hac ratione fiat successor creditoris, inde quoque uniuerso ejus jure gaudet. Quare cessionarius idem quod cedens tam exigendo quam liberando potest, ac proinde debitum exigere vel remittere valet, eaque ratione in omne jus, quod & quale cedenti competebat, etiam accessorium, veluti commodum & lucrum usurarum, si debitum est usurarium, surrogatur, & omnino eodem modo, jure & effectu, quo cedens uti poterat, plenissime gaudet. Lenz *de Cess. Act. c. 27.* Imo si venditor vel ex re judicata vel ex instrumento guaranteegiato jus paratæ executionis habet, ille quoque eodem

jure usi potest. vid. Sand. *de Cess. Action. c. 9. n. 7. & 9.* Inde ergo sequitur, ut, quemadmodum cedenti sine manifesta injustitia vel minima pars debiti detrahi non potest, sed integra summa solvenda est, ita etiam cessionarius, utpote eodem per omnia jure gaudens, solutionem totius debiti iustissime & æquissime postulet.

§. IX. Cum itaque reuera cessionarius, siue pro mandatario siue pro successore habeatur, personam creditoris vel cedentis in debito exigendo repræsentet, hoc debitori sufficere debet ad solutionem illi, eadem fide, quam cedens jure exigere poterat, faciendam. *Nec debitoris interest, quantum solverit cessionarius.* Quantum cedens acceperit, nihil refert debitoris, ut cessus id ne quidem percontari debeat, nisi superflue curiositatis gratia. Non enim video, quid debitoris intersit, quantum cessionarius pro nomine sibi cesso solverit; fac enim cessionarium cedenti quingentos pro mille à debitore adhuc exigendis, dedisse; num debitor sibi aliquam ex viliori & modico hoc pretio oriri læsionem queri potest? Sane non læditur, si cessionarius mille creditori solvit & tantundem ab ipso vicissim exigit; neque ergo lædetur, si totum nomen ab illo poscat, qui minus creditori dedit, cum ipse tantum interfit, quantum ipse solvat cessionario, non quantum hic præstet creditori, quod siue multum fuerit, siue parum, debitori perinde est. Quod si ideo, quia cessionarius minus solvit cedenti, debitor sibi minus solvendum restare crederet, similis esset emtori, qui equo à Mevio pro 50. thaleris accepto, pecuniam conveniam exhibere negaret, quod forte postea cognovisset. Mevium pro equo saltem 20. solvisse, adeoque contenderet, se à Mevio læsum non teneri plus ei solvere, quam ipse Mevius primo venditori dedisset: quo quidem in casu neminem nisi æquitate cerebrina profus occæcatum cum hoc emtore sensurum puto. Quo itaque pacto contraria ratio in cessionario locum habebit, cum utriusque & emtoris ejusmodi & debitoris cessi sit eadem causa? Quemadmodum enim emtoris nihil refert, quo; pretio venditor rem acceperit, sed ipse venditori ad pretium conventum solvendum simpliciter obligatur, siue ille plus siue

five minus pro re dederit; ita nihil etiam debitoris interest; quid, quantumve creditor pro nomine a se exigendo ab altero acceperit, adeoque pariter obligationi suæ simpliciter satisfacere tenetur, nec æquum est, ipsum suum debitum ex pretio, quo cessionarius illud emit, metiri: cum debitum ipsius suam determinationem jam habeat, quæ per conventionem inter creditorem & cessionarium non potest alterari, & cum debitor cessus per eam novæ non implicetur obligationi, sed crediti saltem exactio alteri mandetur, vel ut alii malunt, ejus proprietas in eum transferatur.

*Imo etiam  
cessionari-  
us gratui-  
tus recte  
totum exi-  
git.*

§. X. Porro nemo dubitat, cessionarium gratuitum, ut sibi totum debitum à cedente donatum solvatur, recte à debitore cesso exigere: Perinde enim est, si ve pecunia numerata, si ve donatione jus ad pecuniam exigendam competens alicui detur: adeoque debitor non majore æquitate contradiceret donationi nominis, quam pecuniæ, si eam ipse creditor exegisset, ac deinde alteri donasset: Quin iniquum esset & voluntati donantis plane contrarium, si commodum quod habere debebat donatarius, in debitorem redundaret, ille vero nullam ex accepto beneficio consequeretur utilitatem. Denique qui habet actionem ad rem petendam, ipsam rem habere videtur. Debet ergo actionem eadem ratione, æque valide alienare posse, ac rem ipsam, ad quam petendam actio competit. At quod juris est in toto, idem quoque juris esse debet in parte. Nec potest ei, cui, quod plus est, licet, id, quod minus est, non licere. Sicut igitur debitor cessus totum debitum solvere tenetur cessionario, licet nullum pretium pro eo dederit, & cedens totam actionem cessionario valide donat, ita huic nec quoad partem nominis opponi poterit, quod pro ea nihil, sed saltem pro reliquo pretium solverit, & cedens, cum totum nomen gratis relinquere possit, multo magis minori pretio idem valide vendendi jus habebit. Quidni enim partem debiti gratis acquirere possit, cui certum est, illud totum ex mera liberalitate relinqui posse.

*Nec ad-  
menda Cre-*

§. XI. Accedit, quod societas seu civitas vix consistere possit, certe cives maxime incommodo afficerentur, ni culli-

bet



bet liberum esset rerum suarum arbitrium, quod non minus *ditori occa-*  
 locum habet in actionibus, quam in aliis rebus, in quibus *Domisio actio-*  
 nis pro arbitrio versari potest. Nomina enim & actiones *quonem ven-*  
 que res dicuntur, quæ in commercio sunt, ac emi & vendi *pendendi.*  
 sunt secundum Ulpianum in *L. 17. ff. de Hered. & Act. vend.* Jam  
 sæpe accidit, ut Cajus Lælio certam pecuniæ summam ad bien-  
 nium credens citius credito suo v. g. ad prædium aliquod sibi  
 percommodum emendum indigeat, quam constitutus solven-  
 di terminus appropinquaverit. Quod si igitur Titius ea con-  
 ditione pecuniam, licet infra summam a Cajo creditam, tam pro-  
 pter annui temporis intercessionem, quam forte ob recipiendi  
 debiti difficultatem aliasve rationes Cajo offerat, ut debitum  
 Lælii sibi ad exitum biennii statuti exigendum relinquat; certe  
 tali occasione maxima creditor adficeretur injuria, si debitum  
 suum alteri cedere nefas, aut non minoris, quam deductis im-  
 pensis & interfusio, revera valet, vendere licitum esset. Ita  
 enim affecti sunt homines, ut vili velint emere, sed vendere  
 caro, adeoque vix emtorem inventurus sit creditor, nomen  
 quidem venditurus, sed nullum emtori lucrum relicurus. Quo  
 ipso contra omnem æquitatem durissima redditur creditoris  
 conditio, dum re sua, quo nomen æque ac pecunia inde reda-  
 ta referri debet, uti prohibetur, cum forte eadem ad venden-  
 dum maxime opus habet, v. g. si ipse pecunia maxime indige-  
 at, sibi que vix aliter, quam actionem vendendo, consulere  
 possit. Quod prudenter animadvertit Legislator Saxonicus  
 in *Decis. Elect. Nov. 28.* quando hanc rationem adducit: *Anders*  
*Thells nicht zu verneinen, daß wann bey isigen Geldmangeln*  
*den Zeiten und da manchmal aus böshafter Verschleiffung, manch-*  
*mal aus Armuth die Gläubiger von ihren Schuldneren keine Bezah-*  
*lung erheben können, ihnen solche Schulden umb ein billiges zu ver-*  
*handlen nicht verstatet, und über dem Lege Anastasiana alzu streng*  
*gehalten werden solte, niemand sich finden würde, so vor eine solche*  
*Schuldforderung so viel baar Geld als sie in sich hielte, geben wolte,*  
*dannhero die Gläubigere bey ihrer habenden Forderung wohl gar*  
*Noth und Gebruch leiden müsten.* Ex his ergo satis patet, non  
 esse

esse cur, debitor cessus de pretii pro actione soluti exiguitate conqueratur, sed potius æquitatem suadere, immo ipsam justitiam postulare, ut integrum debitum cessionario solvat, sive æquo pretio, sive etiam vilissimo comparaverit.

*Nec æquum est, venditorem conqueri de contractu libera voluntate inito.*

§. XII. Restat, ut videamus, utrum venditorem de damno ex parvitate pretii ab emtore sibi illato conqueri & cessionarium cum debiti vilius emti solutionem integram postulat, in ea exactione, quatenus pretii soluti quantitatem excedit, impedire æquum sit. Sed nec venditorem, ob id ad supplementum pretii vel rescissionem contractus agere posse, qui vilius vendendo sibi ipsi præjudicavit, modo consensus perfectus sufficiensque ad substantiam contractus adsit, constat: eoque pertinet illud Senecæ *6. d. Benef. 15.* ad hocce jus respicientis: *Quid interseret quanti sint, cum de pretio inter ementem & vendentem convenit. Nihil venditori debet, qui bene emit.* Neque bona fides, quæ venditionem tuetur, patitur, neque ulla ratio concedit, ut contractus utriusque consensu initus rescindatur. *L. 8. C. de Resc. Vendit.* Imputet ergo sibi venditor, quod rem suam tam vili pretio, cujus ignarus esse non præsumitur, *arg. l. 15. C. de C. de Resc. Vend.* vendiderit. Non nescius quidem sum, Jctos ad unum fere omnes, quamvis venditionem propter levissimam causam rescindi posse negare, rescissionem tamen admittere, si per contractum emtionis plus quam justii pretii dimidium absorptum fuerit; astvereor, ne jus humanum & pium ejusmodi, quale illud esse contendunt, ad cerebrinam solummodo pertineat æquitatem, cum æquitas hæc Diocletiana non solum Jctis, ex quorum scriptis Pandectæ congestæ sunt, plane fuerit incognita, sed etiam iidem in ff. sæpius inculcent, tanti valere rem, quanti vendi potest, tantique æstimandam esse, quanti potest emtorem invenire. *L. 1. §. 16. ad Scrum Trebell. L. 82. ad L. Falcid.* Ut adeo mirum in modum falleretur, qui pretium rerum ex regulis justitiæ & prudentiæ ducere vellet, cum illud sola fere opinio hominum & cupiditas constituat, quam si auferas, res plane nullius pretii erit, tanti enim valere rem, quanti stultus eam æstimat, docet proverbium, illud notissimum: *Cic*

*ne*

ne jede Sache ist so viel werth, als ein reicher Mann dafür giebt. Quod si igitur alteruter rem suam carius, vel rem alterius vilius æstimat ex opinione alterius, huic per illam æstimationem non fit injuria, cum utrique liberum relinquatur, an rem tanti comparare aut alienare velit nec ne. Determinatio enim iusti pretii ex conventionione petenda est, cum ante illam in statu libertatis, quo contrahentes, qua tales, gaudent, non detur certum aut justum pretium, post conventionem autem iustitia postulet, ut pretium de quo est conventum, solvatur, non obstante promittentis errore. conf. hic omnino Dn. Præf. Diff. de Aequit. Cerebr. l. 2. c. de Rescind. Vend.

§. XIII. Saltem illud certum est, & Romano etiam juri *Conqueri* congruit, eum qui sciens verum rei pretium, minoris vendidit, *non potest de lesione queri non posse*: cum injuria sive iniquitas, etiam *de lesione*, aliqua subesset, tamen in scientem & consentientem non cadat, *qui rem* volentique ut alias exprimi solet, nulla fiat injuria, sed potius *sciens mi-* qui rem minoris vendit, quam quanti esse scit, donare videatur. *moris ven-* d. 29. pr. de donat. l. 53. ff. de R. J. Licet autem in emtione vendidit. ditione rerum corporalium veram hanc nostram assertionem existiment DD. mirum tamen in modum in actione vendita variant, putantes, nullam adesse Constitutionem, quæ innocentem venditorem & cedentem superfluo priver, & hinc sua sponte sequi, ipsum quoad residuum actionem suam salvam retinere. Sed cum actionum venditio, saltem quatenus inter emtorem ac venditorem terminatur, æque ac aliarum rerum solo contrahentium, venditoris scilicet & emtoris, consensu perficiatur, salva sententia quoque nostra manet, & rationes supra jam adductæ, evincunt, eorum sententiam qui contrarium defendere student, imaginaria niti æquitate.

§. XIV. Neque opus est, ut plura hic verba faciamus. *Certa igitur est regula æqu-* eum quod juris est circa creditorem & debitorem, illud quo- *tatis, debi-* que obtineat in cessionario & debitore cello: persona enim *toris cessionario* exactoris mutata non statim rem quoque mutari censendum *est. Ipsa enim obligatio eadem per omnia manet, nec nova-* est. *curvis in so-* tur uti in delegatione: Cujus effectus est ut debitor delegatus *lidum tene-* prin- *ri.*

principalis debitor creditoris cui delegatus est, existat, & sic executionem nullam, quam poterat opponere deleganti, secundo creditori opponere possit: vid. Stryk in *Caut. Contr. Sect. 4. c. 2. §. 4. inf.* In cessione vero omnes exceptiones, quas contra cedentem habet, salvæ quoque sunt contra cessionarium. Müller *ad Struv. Exercit. 47. th. 65.* Cum itaque hicce contractus ipsius debiti naturam nullatenus alteret, sed tantum exactionis executionem in emptorem transferat, nec tendat in debitoris præjudicium, utpote qui non ad aliud obstringitur, quam antea ex jure firmissimo tenebatur cedenti, nec etiam firmitus obligatur; sequitur necessario, & certissima æquitatis ratione nititur regula, debitorem cessionario tantundem præstare debere, quantum cedenti, adeoque non nisi integra nominis solutione liberari.

*Argumenta contra æquitatem cessionariam redolentia*  
1.) *odium ingeniorum litigabundorum, lites curatorem captantium.*

§. XV. Contra hæc tamen à nobis demonstrata exceptiones non paucæ à dissentientibus adferuntur sed eas cerebrinæ æquitati ortum debere ex sequentibus clarius patebit. Atque videamus, quid nam primo loco in medium afferre soleant? Contendunt nimirum, huic Constitutioni Anact. locum dedisse: se odium ingeniorum litigabundorum, cum enim natura nostra recte instituta à litibus abhorreere debeat, suspicantur adlites formatum ingenium esse, quod alienas lites captat, ut aranea muscas vid. Brunnem. *de Cess. Act. cap. 1. n. 13.* talesque redemptiones litium alienarum, quas Cujacius *Lib. 16. Observ. 16.* societates futurae victoriæ conventas inter Dominum & procuratorem definit, jure prohibitas & odiosas esse per *L. 15. C. de Procurat.* adeo ut ne sumtus erogatos quidem repetere liceat. Cujus sententiæ rationem addunt, quod ejusmodi susceptio litis alienæ ex fonte turpis cupiditatis & ex avaritia oriatur, cum per eam emptori præda ex aliorum jurgio quærat *cap. fin. X. de alien. jud. mur. caus.* Contra dignum laude virum lites fugere urgent, unde etiam votum execrandi lites laudabile appellatur *cap. 2. X. de Verb. Signif. conf. hic Lenz. de Cess. Act. c. 8. memb. 7. n. 10.*

§. XVI.

§. XVI. Sed quicquid hic dicant DD. nunquam tamen e-  
 vincent vel ipsam injuriam hic adesse: justitia enim jubet, *Resp. a) Li-*  
 jus suum cuique tribui, quod cum Creditori denegatur, ille *res alienas*  
 que vexationibus Debitoris solutionem debiti protrahentis *in se trans-*  
 exponatur, liberum ipsi erit cognita debitoris malitia, quocun- *ferre non*  
 que modo eum ad solvendum cogere, qui enim jure suo utitur, *injustum*  
 nemini facit injuriam: Ut potius injuria Creditori à parte De- *quidem*  
 bitoris fieri recte dicatur. Proinde licitum est illa, quæ nobis *semper in-*  
 ex jure perfecto debentur, si denegentur, à denegante rigidio- *decorum.*  
 ri etiam exigere modo, malum enim quod quis sua culpa sentit,  
 injuria dici non potest; id autem sive ipse quis faciat sive per  
 alium, unum est idemque, vanumque est odium quo quidam  
 hunc jus suum per alterum prosequendi modum, eique anne-  
 xam jus alterius exequendi rationem afficiunt: Debitor e-  
 nim, qui se debere fatetur, ad solutionem licite compelli potest  
 sive per ipsum creditorem sive per alium ejus nomine, cum in  
 mora sit constitutus, quæ ipsi commodum afferre non debet.  
 Itaque creditor juste actionem vendit. Vendere vero non pot-  
 est, nisi alius emat. Cur ergo injusta censeatur emptio rei, quam  
 alter licite vendit, & per quam tertio nulla fit injuria? Porro  
 non statim lites affectare dici potest, qui forte cedentis actio-  
 nem contra cessum suscipit, cum à cedente rogatus esse queat,  
 quia illius multum interesse potest, pecuniam præsentem, licet  
 debito minorem, à quovis accipere, quam rixarum tædio rem  
 suam familiarem negligere, unde certo patet, nec contra regu-  
 las decori hic quicquam committi, quæ jubet ut aliis facia-  
 mus, quod ut nobis fiat aliquando optare possumus. Multo  
 minus contra naturalem peccat æquitatem res alienas justis re-  
 mediis sibi acquirens, quale est cessio juris, quod alius in eam  
 rem habebat, cujus acquisitio juri nullo adversatur. Imprimis  
 cum debitori cessio nulla fiat injuria, neque enim redditur  
 pauperior, dum plus exsolvere non tenetur, quam quod revera  
 debuit creditori cedenti.

§. XVII. Potius contrarium dicendum existimo, debi- *Resp. b)*  
 torem scil. cessum lites affectare, cum admonitioni Creditoris *Magis odi-*  
 vel *osi sunt de-*

*bitores qui* vel cessionarii amicae, ut debitum solvat, morem gerere detre-  
*non nisi in-*ctans dilationem quandam ex processu quaerit. Hoc vero cum  
*juste inte-*Creditori non parum molestiae creare possit damnendus ei  
*grum, quod* inferre maximum, potius odio justo talis erit prosequendus de-  
*debent, sol-*bitor, qui integrum quod debet solvere nolens, revera alienis  
*vere detre-*fortunis inhiat, suaeque utilitati maximo cum alterius detri-  
*stant.*mento consulere studet. Quocumque enim modo res confi-  
 deretur, tamen apparebit, nullam aliam causam adesse, quae ad  
 cedendum alteri actionem suam posset impellere, Creditorem,  
 quam vel commodum quoddam aut loci aut temporis aut alia-  
 rum circumstantiarum vel denique ipsum morosum & ad  
 solutionem difficilem debitorem. Ut tali modo quid pro quo,  
 ut ajunt, fumere, quam odiosis Debitoris retardationibus lo-  
 cum dare malit. Jure igitur odiosus haberi meretur debitor,  
 qui id agit, ut invito creditori remissionem debiti cum summa  
 injustitia extorqueat, praecessionario, cui dominus nominis sua  
 sponte aliquid de justo pretio remittit. Adeoque etiam si Ces-  
 sionarius odio dignus esset, non tamen quicquam ideo in eum  
 statuendum esset, quod faveret debitori majus odium me-  
 renti.

*Argum.*

*contrari-*  
*um 2. Mul-*  
*tiplicatio*  
*litium*  
*transactio-*  
*nibus facile*  
*sopienda-*  
*rum nisi*  
*majus debi-*  
*tu in mino-*  
*re pretio*  
*cedatur.*

*10 107*  
*10 107*  
*10 107*

§. XIIX. Speciem aliquam habet, quod secundo loco  
 excipiunt dissentientes, certum esse & experientia probari, se-  
 culo nostro, quod redemptoribus litium nimis abundet, lites in  
 infinitum fere multiplicari, cum è contrario multae per transa-  
 ctionem possent sopiri, nisi alii cederentur, qui à transactione  
 alienior est. Cui rationi suae pondus accedere existimant, dum  
 pergunt, creditorem minus difficilem habiturum esse debito-  
 rem, si ipsi tantum de debito remitteret, quantum cessionario  
 remittit: vid. Brunneum. *de Cess. Act. c. 1. n. 10.* Praeterea urgent,  
 perverissimum esse hoc hominum genus, qui adeo litibus sunt  
 affecti, ut malint vel adversarium perdere, quam ad amica-  
 bilem venire compositionem. Bonos viros malle realiqua ca-  
 re, quam molestia judiciaria vexari, praesertim quando vident  
 sacrosanctas justitiae officinas ubique conspurcatas. Olden-  
 dorp. *Class. 1. art. n. n. 13.*

§. XIX.

§. XIX. Sed bona verba, quæto! ne summa credito- *Resp. a) in*  
 rem afficias injuria, licet magna æquitatis ratione philofophi- *causa iusta*  
 am istam niti credas, dum inculcas, nihil æquus esse quam odi- *uilius est*  
 ofum procedendi modum omnino execerari, litesque fugere. *promptam*  
 Quis enim occasionem tanto malo præbet, nonne ipse debi- *tor?* *Quod si ita est, uti negari non potest, æquius certe imo u-*  
 tilius est, hunc ad solutionem nominis per promptam adigere *transactio-*  
 executionem, quam concedere, ut ex mora damnum creditori *nem quovis*  
 inferatur, litesque in detrimentum Reipublicæ amplius iusto *modo adgu-*  
 excrefcant. Neque opus est transactionem in causa iusta quo- *vare.*  
 vis modo promovere, tali enim modo maxima fieret injuria  
 creditori, cum non totum ad illum, quod debetur, perveniret  
 nomen, sed reliquum ipsi debitori remaneret. Unde ipse le-  
 ges ad essentiam transactionis adeo requirunt rem dubiam &  
 litigiosam, ut sine his transactio nulla procedat. *L. 38. C. de*  
*Transact. conf. Gerard. Noodt Lib. de Pact. & Transact. cap.*  
*III. & si facta proponatur, ipso jure nulla & invalida sit, destituta*  
*quippe & sine & forma & materia transactionis. Unde*  
*transactionem mariti de nomine uxoris liqvido, ex hoc capi-*  
*te irritam pronunciatam fuisse in camera Brandenburg. testis*  
*est Brunnem. ad L. 1. de Transact.*

§. XX. Quare non nego, quod compositio svaderi de- *b) Si causa*  
 beat partibus, si causa incertum exitum habere, neque ad liqui- *ad liqui-*  
 dum deduci queat: attamen hoc casu ex cessione nihil damni *dum deduci*  
 orietur cesso, cum eo in casu iisdem transactionem initurus sit *nequeat,*  
 conditionibus cessionarius, & tam libenter iturus sit ad arbitri- *nihil lu-*  
 um, aut etiam quavis tolerabili pactione tot molestias sit re- *crabitur*  
 demturus, quam ipse fecisset cedens: Neque hoc modo plus *Cessionari-*  
 lucrabitur cessionarius quam ipse lucratus fuisset cedens: *cessus & iisdem*  
 fus quoque non majus damnum inde sentire poterit, ex ratio- *conditioni-*  
 nibus supra jam dictis, quam si cum ipso transactionem inisset *trans-*  
 cedente, tanquam priore suo creditore. Forte quoque faci- *get, quibus*  
 lius transiget cessionarius exiguo lucro obtento, quam ipse *cedens.*  
 creditor, qui, nisi ex iusta indignatione debitori omnem re-  
 missionem denegandam crederet, sæpe non cederet actionem,

sed transigeret. Itaque ipsorum adversariorum suppositio ostendit, cessione prohibita impediri magis, quam promoveri transactiones, quam non sufficit facile iniri posse a creditore, quamdiu ipsi fateri coguntur, eundem nolle, ac ideo actionem potius vendere. Quod si prohibeatur, probabile est, ipsum malle litem per procuratorem agere, quam transigere.

*Resp. c) Ita*

*removebitur major iniustitia debitoris, qui facile creditorem lites exccrante ad iniquam transactionem compellet, nisi huic liceat alteri nomen pro lu- biro valide cedere.*

*Argum.*

*contrar. 3. In bono- frum cessionarii certamen de lucro ex alienis liti- bus captan- do.*

§. XXI. Quod si vero creditor de justitia suæ causæ certus sit: minime debet vel directe vel indirecte ad transigendum compelli. Nam & Leges repugnant, quæ transactionem de re certa profus improbant, ut jam dixi, & iniquissimum foret, eum, cujus justa petitio potius prompta executione juvari pro viribus debet, jure suo etiam pro parte privare, quod necessario fit, quoties transigere cogitur. Sane hoc pacto debitoris ad lites exccrante ad iniquam transactionem compellet, nisi huic liceat alteri nomen pro lu- biro valide cedere. §. XXII. Sententiam suam confirmaturi tertio excipiunt, cessionarios qui pauculo dato majus nomen emunt, de lu- cro certare & modum acquirendi exercere in jure nostro non adeo honestum; hinc illos Imperatorem ipsum homines inhiantes bonis alienis & fortunis vocare: ceterosque item Juris auctores causarum seu litum vitiligatores, interceptores ac quadruplatores appellare, eosque tanquam inciviles ac male- rum artium artifices inceslere: Sand. *de Action. Cess. cap. XI.*

§. XXIII.



§. XXIII. Sed ego non video qua ratione tale lucrum in- *Resp. a) Ho-*  
 honestum dici possit, cum hic nulla adsit ex parte cessionarii co- *onestum est*  
 actio, sed libera creditoris cedentis voluntas. Et sane cum talis *lucrum, ce-*  
 cesso eodem consideranda sit modo, ac emptio venditio rei cor- *dente con-*  
 poralis, lucrum si quod est, inhonestum dici non poterit, *sentiente,*  
 cum lucri causa omnes contractus fiant, præcipue emptio ven- *ex nomine*  
 ditio l. 25. §. 1. ff. de O. & A. atque in ea aperte obtineat, quod Se- *cesso, cujus*  
 neca ait: *Absque spe questus luget mercatura.* Pertinet huc quod & pericu- *pericu-*  
 Imp. in l. 8. C. de Rescind. Vend. dicunt: Quod videlicet & lum & cu- *emtor*  
 emtor vilioze comparandi & venditor cariore distrahendiram à Ces- *votum*  
 votum gerentes, ad hunc contractum accedant, vixque post *cessionario*  
 multas contentiones paulatim venditore de eo quod petierat *gratis subi-*  
 detrahente, emptore autem huic quod obtulerat, addente, ad *re iniquum*  
 certum tandem consentiant pretium. Simile est illud Augusti- *est, absque*  
 ni l. 3. de Trinitate: *Commune est omnium desiderium a natura, cujusquam*  
 vili emere, & magno vendere. Hoc innatum & naturale est hu- *injurya ac-*  
 ic contractui, ut non per dolum & machinationem sed per mu- *quisitum.*  
 tuam & tacitam contrahentium indulgentiam & consensum  
 sese invicem ultro circumveniant, cum venditor laxat & remit-  
 tit aliquid de pretio, quod destinaverat, emtor vero prius ob-  
 lato adjicit, idque commerciorum usus & necessitas patitur,  
 neque est rationi naturaliter repugnans. Satis itaque ostensum  
 existimo, quod omnia hic dependeant ab ipsorum, contrahentium  
 voluntate, neque inhonestum sit, volente ita creditoze  
 cedente actionem viliori emere pretio, & optimo jure  
 pertinere ad cessionarium, quod ex nomine cesso lucratur, frustra  
 que disputari, si meram æquitatem sequaris, cui nam residuum  
 sit tribuendum, Debitori? Cedenti s. Creditori? an Fisco?  
 cum enim integrum nomen venditum sit, illud quoque ad em-  
 torem pertinebit, unde ipse idem honeste poterit exigere.

§. XXIV. Sed quorsum multa de honestate ejusmodi *b.) sufficit,*  
 emtoris verba faciendæ sunt, cum in hanc inquirere debitor ne- *illud sat-*  
 que ex regulis justis debeat. Disquirendum enim hic tantum *tem non in-*  
 est num iusto repugnet, quod cessionarius pro viliori l. vilissi- *justum esse.*  
 mo pretio à cedente debitum cessum accipiat, id quod tum fie-

ret, quando cessionarius cedentem ad vendendam actionem vel nomen vili pretio, cogeret, quo casu tertius tamen laesus dici non posset; si vero cedens libera voluntate aliquid remittit, ei nullum damnum inferitur, quia forte pecunia praesenti majus sibi lucrum quaerere potest, quam si post aliquod tempus pecuniam acciperet, & sine singulari sua utilitate expenderet. Imo licet cedens mediante pecunia accepta nihil lucratur, sibi imputare debet, quod vilius vendiderit nomen pretii majoris. Adde quod nec pluris sit debitum cessum, quam quanti venditur, nisi quis cerebrina quadam aequitate inductus aliud dicere velit; sed caveat quoque, cui ita ratiocinari placet, ne pretium aequale nomini vendito ex quantitate qua debetur, aestimans, summam committat iniquitatem, cum vera aequitas laboris & periculi quoque rationem habendam esse suadeat. Alio enim pretio emi potest nomen debitoris potentis, & rixosi, seu difficilis, alio nomen debitoris facilis, alio nomen debitoris divitis, alio inopis, alio nomen certum & sine periculo, alio nomen dubium & litigiosum & cum periculo: quae verba sunt Scacciae à Brunnem. citata *cap. I. de Cess. Act.* nec quisquam merces dubiis adhuc commissas undis tanti emit, quam si sint in portu. Imo maxima iniquitas esset, solummodo velle, ut omnia pericula, labores atque curae gratis suscipiantur à cessionario, nihilque utilitatis illi exinde resultet. Licite igitur, nec dissentientibus plerumque iis ipsis, contra quos haec scribo, in aestimatione nominis ratio habetur impenarum, dilationis, periculi & curae in exactionem impendenda. His vero pretium commune nullum statutum est, sed id justum erit, quod partibus tale videtur. Nec igitur pluris valere censetur nomen, quam quanti illud vendit creditor, qui, si quingentos thaleros praesentes ob singularem ab omni lite averfionem pluris aestimat, quam creditum mille thalorum, cessionarius id licite tanti ab eo emet, ac dimidium juste lucrabitur, licet ipse forte molestias ea occasione subeundas leviores aestimet, quam cedens. Imo quamvis emtor sive cessionarius sine omni difficultate aut minoribus sumptibus, & labore debitum venditum exigere

gere & consequi posset, ipse tamen pretium debito minus solvens, propterea non statim injusto pretio illud emere, videtur, perinde ac ille qui equum indomitum & ferocem, quem ea de causa alii emere recusant, vili pretio emit, sciens peculiarem modum illum domandi, ut utilissimus postea sit, non injuste emere dicitur. Lauterb. *de hered. l. act. vend.*

§. XXV. Dissidentium ratio potius in debitore cesso *c) Contra* obtinebit, qui merito inhonestus dici potest, cum partem debitor cessi *debiti* quæ ad illum nulla pertinet ratione retinere invito creditore *sus de parte* re audeat. Res manifestior fiet, si exemplum debiti cujusdam *debiti, in* cessi intueamur. Ponamus igitur aliquem pecuniam accepisse *to credito-* mutuo, idque nomen à creditore alteri vilius venditum fuisse, *re, et retine-* debitorem vero illud integrum solvere nolle. Hic creditor *da, non so-* hac sub conditione suam dedisse sciendus est, ut id ab altero *lum imbo-* constituto tempore recipiat, adeoque summe ingratus jure ha- *beretur* beretur debitor, qui hoc facere detrectaret, cum certum sit, *injuste cer-* lum eo tempore quo mutuum accepit, aut in maxima fuisse *rat.* cessitate atque indigentia, aut saltem utilitatem vel voluptatem *percepisse* percepisse ex ea re ob quam cum altero contractum inivit: nec *enim* enim conditio rerum humanarum aliter sæpe fert, quam ut mul- *tarum* tarum rerum necessariorum egentes aliorum imploremus auxi- *lium,* lium, quemadmodum autem æquum est cuicumque, quantum *quidem* quidem sine majore incommodo nostro fieri potest, succurre- *re, æquum* re, æquum quoque est, ut is cui hac ratione auxilium latum est, *sua* suæ satisfaciat obligationi, eamque eodem modo tollere curet, *quo* quo antea obstrictus fuit, nam & hoc sensu recte dicitur ex L. 35. *ff. de R. J. Nihil tam naturæ est, quam eo genere quicquid dis-* *solvere* solvere quo colligatum est. Nemo enim in mutuo rem donare *vult,* vult, nemo donari credit, ubi vero nulla donatio, ibi restituito *in eadem* in eadem quantitate & qualitate est necessaria. Ratio enim *postulat,* postulat, ut quod unus accipit, nec alter donavit, restituatur. Si *autem* autem jam debitor cessus partem solvat cessionario, partem au- *tem* tem invito Creditore sibi retineat, lucrum quod ex denegatione *solutionis* solutionis integri nominis ipsi advenit, ne utiquam dici poterit *honestum,* honestum, cum honestati nihil æque sit contrarium, quam sibi *ex*

ex aliorum invidiosorum, nec ulla solida ratione obstrictorum bonis quaerere utilitatem. Unde nemo non videt tali in casu debitoris improbitatem atque malitiam alterum laedendi, cum in promissis atque contractibus aliud ore promptum aliud pectore clausum habere non viri boni sed scelesti hominis sit: vid. Henr. Uffelm. *tr. de jure quo homo homini in sermone obligatur cap. 13. §. 19. thes. 3.* & in executione parem perfidiam committat, qui postea non praestat, quod ab initio serio promiserat: ut ita verissimum sit, hujusmodi debitorem non solum inhoneste, sed & injuste agere, qui Creditoris jus acquisitum in dubium vocat, & promissa non servat.

*Argum. contrar. 4.)* §. XXVI. Pergunt 4) Debitoris conditionem multis modis fieri deteriorem, quod plerumque cessionarii sunt potentiores auctoritate & peritia rerum forensium, & duriores in p[er]ceptis cedentibus: Brunnem. *cap. 1.* Nam ideo plerosque vendere nomina, quia lites execrentur, & malint aliquid perdere, quam processibus implicari, de quorum exitu propter exiguam suam cessionario in foro auctoritatem & in actionibus caute peragendis dexteritatem potissimum desperent. Contra emtores nominum calliditate, auctoritati in rebus forensibus acquisita plerumque confidere, & ideo alienas lites redimere, quod sibi ex peritia processuum & in foro forensium victoria promittant, indeque ideo maximum lucrum sperent, quia durissime jus cessum exequi, nec nisi ultimo obulo soluto debitorem dimittere decreverint; ab ejusmodi vero corvis debitorem cessum ne quidem sine periculo servare posse, quod ipse creditor forte religioni sibi duxisset, petere. Nec causae justitiam pauperi reo fati praesidii semper praestare: caudicorum enim malitiam quotidie adhuc excrescere, quibus semper in more positum, astutiis suis saluberrimas circumire leges, & tandiu arrodere multifariis limitationibus & restrictionibus, donec propositam attigerint metam.

*Resp. a)*  
Certus creditor jure suo, incertus frustra, durus est.

§. XXVII. Sed parum hoc argumentum nos stringit, nullam enim causam cessus debitor habet de duritie cessionarii conquaerendi, si debitum sit certum, cum eo in casu creditori liceat, si solutio denegetur, rigidiori quoque nomine exigere modo;

modo; ut taceam libertate hac adempta morosos debitores scæpe creditores credito emuncturos, idque tanto facilius, quò magis multi lites abhorrentes parte nominis, imò toto potius carere debito, quam negotia sua magis necessaria negligere & dies noctesque summis torqueri anxietatibus malint: in aperto enim est, plerumque litibus adesse animos exulceratos, vafras artes, impendia, odia, avocationes à negotiis, quo facto cum iactura creditorum debitores non possent non scæpius contra jus fasque locupletari. Consultissimum itaque est, qua fieri potest ratione ad solutionem compellere debitorem, quoniam alias verendum, ne iniustitia intemptivo æquitatis studio augmenta fumat. Contra, quamdiu debitum ad liquidum haud perducitur, frustra metuitur durities cessionarii, qui nihil agit urgendo, quocumque velit modo, solutionem debiti: non majori enim jure utitur quam ipse cedens, ut inde si nomen ad petitionem creditoris executioni mandari non possit, nec ad cessionarii instantiam major rigor locum invenire queat.

§. XXVIII. Frustra quoque queruntur de cessionarii *Resp. b) Per-*  
peritia forensi, cum creditor per quemcumque debitum suum, *ritia foren-*  
in rem suam, exigere queat, praxi enim non adversatur, quo mi- *sis non im-*  
nus omnis qui rerum suarum habet administrationem in omni- *pedis, quo-*  
bus causis Procuratorem constituat, eique jus det agendi omnia *minus quis*  
quæ in ea re ab ipso Domino agi possent, quin ipsi citato & ad *Procura-*  
iudicem vocato liberum est, an ipsemet an per Procuratorem *tor fiat in*  
comparere ac litigare velit. Si itaque dexteritatem in proces- *rem Credi-*  
sibus peragendis verearis, non minor à creditore ipso, utpote *toris: Ergo*  
qui pro arbitrio constituere potest peritissimum procuratorem, *nec obflare*  
metus est. Si vero Advocatus callidissimus constitui potest, *debet, quo-*  
Procurator in rem alienam, non video quid obtinet, quo mi- *minus fiat*  
nus idem fiat Procurator in rem suam, qui scilicet non tam alienum *Procura-*  
quam proprium negotium administret, dum actiones cessas si- *tor in rem*  
bique mandatas in suam duntaxat commodum & emolumen- *sua seu*  
tum exercet. *L. 4. C. de Proc.* A Procuratore autem in rem su- *Cessiona-*  
am hoc intuitu nihil differt Cessionarius, in quem cessione no- *rius.*

D

c) *Auſtoritas ceſſionarii vel tanti non eſt, vel potentior* mien aut actio transfertur. vid. Müller *ad Struv. Exercit. VII. lb. 26.* Eidem ergo non inique nomen ceditur.

*facit ceſſionarium, qui ex alio capite remouetur, adeoque ad hanc Legem non pertinet.* §. XXIX. Neque eſt, quod deteriorem debitoris conditionem eſſe putent ob ceſſionarii auctoritatem, quæ vel tanti non eſt, ut debitor illam exhorreſcens ad ſolvendum iniquo quodam modo compelli poſſit, vel ſi re vera ceſſionarius ſit potentior, jam alibi debitori cautum eſt, ne ejus potentia fraudi atque moleſtiæ ipſi ſit. Nam generaliter ob ipſam ceſſionarii potentiam non attento precio prohibitum eſt, actionem cedere potentiori, quod qui faciunt dolose, non partem nominis ſed totam actionem amittunt, eaque exceptio amiſſi crediti etiam ceſſionarium repellit, imo is quoque ob hanc litis redemptionem punitur. vid. *tot. tit. C. ne lic. potem.* Satis igitur hoc caſu ſine Lege Anaſtaſiana debitori ceſſo proſpectum eſt contra hanc iniquitatem, eaque ad noſtram conſtitutionem plane non pertinet, ſed alio eoque efficaciore juris remedio coeretur.

*Argum. contrar. ſ.) Novæ lites debitorum involventes.* §. XXX. Nec magis obſtat quod ſ) in medium afferunt, novis ac magnis litigiis hac ratione reum involvi, fieri enim poſſe, ut v. g. debitor contra creditorem habeat exceptiones, quas ſine dubio admittere teneretur creditor, ſi ipſe ageret, cum contra debitor poſt ceſſionem ampliori in rixarum campo conſtitutus, ceſſionario eaſdem opponere nequeat. Brunnem. *17. cit. c. 1. n. 16.* niſi ſuper ipſa earum adverſus ceſſionarium admiſſibilitate tædioſæ litis aleam ſubire velit, & quæ ſunt aliæ controverſiæ, quæ ex ceſſionibus actionum reſultant, ac debitorum non raro gravi & quaſi novo proceſſu induunt.

*Reſp. a) Controverſiæ de legitimatione vel ceſſionario & mandatarario in rem alienam communes ſunt vel ex L. Anaſt. pro-pullulant.* §. XXXI. Sed quod ad controverſias attinet, quæ circa legitimationem moveri poſſunt, verum eſt, quod ſi quis alterius nomine agere velit, in iudicio non admitatur, niſi ſe prius ſufficienter legitimaverit in tantum ut exceptio: *tua non intereſt*, cui libet obſtet agentis. Hinc procurator in rem ſuam ut ſtatim in litis principio mandatum ſufficiens habeat, vel probatione venditionis inſtructus ſit, neceſſe eſt, quò ſe ad cauſam legitimare poſſit: hæc tamen controverſiæ, quæ circa legitimationem ceſſionarii tanquam mandatarii ventilantur, magnam par-

partem ad mandatarium in rem suam pariter pertinent, adeoque ad prohibendam vel restringendam cessionem frustra allegantur ab iis, qui procuratorem ab aëtoe constitui licitum putant. Ita enim nihil interest debitoris, utrum detur procurator in rem creditoris, an in rem propriam. Reliquæ controversiæ de legitimatione cessionarii, quatenus tanquam emtor nominis consideratur, ex negotii indole minime fluunt, sed per se cessarent, si debitor totum debitum indistincte solvere compelleretur. Adeoque ea cessio per se non præjudicat reo, sed lites ea occasione natæ ex ipsa Lege Anastasiana originem ducunt, quales sunt: An de reali ac naturali numeratione iusti pretii sufficiat constare ex confessione cedentis & cessionarii? An licitæ sint cessiones inæquali pretio vel pretio non probato, consentiente debitore factæ? ut alias taceam, quarum plures infra §. 52. referam. Ex his igitur quis non videt, omnes ejusmodi quæstiones locum non habituras, nisi lex ipsa Anastasiana iis movendis locum daret. Unde per se patet frustra ad eas provocari, ubi quæritur de rationibus æquitatis quibus ipsa Anastasii Constitutio niti debet, & de incommodis quibus præcavendis eadem opposita censetur.

§. XXXII. Aliæ vero controversiæ plures temere a Do-<sup>Resp. b)</sup>ctoribus moventur, nec nos remorari debent, utpote nullius momenti. Nam ut maneam in exemplo §. 30. adducto, perpe-<sup>Controversiæ aliæ</sup>ram aliqui docent, plus juris in cessionarium transferri, quam nullius mo-<sup>cedens habuit, dum cessionario negant ob stare exceptiones ex menti sunt.</sup>cedens habuit, dum cessionario negant ob stare exceptiones ex menti sunt. persona cedentis debitori competentes, si cessionarius ex sua propria persona instituat actiones utiles. Sane nomina illa actionum directarum ac utilium tantum ad processum formularium Romanorum dudum sublatum pertinet. Quoad effectum inter utrasque nihil interest *l. 47. §. 1. ff. de Negot. gest.* Itaque nec hic aliquid operari poterit hæc distinctio. Neque ergo ulla ratione deterior redditur per cessionem debitoris conditio, sed si tollantur differentiæ imaginariæ, idem omnino juris est in cessionario, quod in cedente: vid. Titius *observat. Laurerbachian. observ. 532.* adeoque damnum quod frustra metuitur, nihil

nihil quoque ad restringendam debita vendendi libertatem confert.

*Resp. c. Multa con-  
trouersie  
circa man-  
datum mo-  
veri solite  
cessione vi-  
cissim tol-  
luntur.*

§. XXXIII. Quid quod majus est, libertate actiones vel nomina cuiuscunque cedendi plenissime relicta, multæ cessarent lites quæ circa mandatum quoque moveri solent. e.g. an mandatarium alium possit substituere? an si Procurator alium substituerit, & substituens moriatur, substituti officium finiatur? Contra, si Procurator primus substituerit alium, an respectu hujus possit fieri revocatio? an hoc l. illud negotium requirat mandatum speciale? quorsum alii 47. casus, alii 97, alii 24, afferunt. Porro disquirunt, an morte mandantis seu Domini extingvatur mandatum? vel an Procurator continuare possit, aut teneatur, officium suum? an heredes defuncti noviter mandare debeant? an sufficiat prius confirmare? Quo tempore Procurator renunciare possit? quomodo renunciatio fieri debeat, an oretenus l. scriptis? Quanam sit iusta causa renunciationis mandati? Omnibus hisce litibus liberatur debitor cessus, quoties creditor mandatarium constituit in rem ipsius, eique actionem cedit. Cessionarius enim instar domini in utilitatem propriam agit gaudetque actione utili suo nomine, nec triticis istis, sine quarum exacta observatione nec debitor cum nudo mandatario tuto agit, adstringitur. Vid. *C. 1. d. procur. in §. c. 17. in fm. X. d. iurej.* Sand. *d. Act. Cess. c. 9. n. 3. 4.* Müller *ad Struw. Ex. XXIII. ib. 79. not. B.*

*Resp. d.) I-  
mo melior  
redditur  
conditio  
debitoris,  
qui & ex  
cedentis &  
ex cessiona-  
rii persona  
exceptioni-  
bus gaudet.*

§. XXXIV. Nec sufficit hic animadvertisse multas controuersias cessione tolli, sed in eo etiam melior redditur debitoris conditio, quod non solum ex cessionarii sed simul ex cedentis persona exceptionibus gaudeat: Nam exceptiones cedenti obstantes, obstant quoque cessionario, eique recte à debitore cesso objici possunt ut §. 32. dictum. Præterea & illis utri poterit debitor cessus, quæ ab ipso cessionario ortæ sunt. *Ex cessiona-rii persona* poterit debitum, quo cessionarius ipsi tenetur, compensare, & quicquid illum ex proprio debito agentem repelleret, ad exceptioni-  
versus ipsum urgere. Imo si eadem actio plus semel cessa & ab  
bus gaudet, uno in alterum translata fuerit, debitor adversus ultimum cessionaria-



tionarium, qui exactionem facit, compensare poterit, quicquid singuli cedentes ei vicissim debuerunt, quemadmodum iudicatum fuisse refert Sand. *Lib. 3. Tit. 17. def. 2.* Quis ergo non videt, non modo nullum damnum, sed etiam commodum aliquod ex cessione redundare in debitorem cessum?

§. XXXV. Urgent 6) contra sententiam nostram, constitutionem de qua sermo est, esse iustissimam atque æquissimam ob simulationes, quæ in cessionibus & redemptionibus litium esse solent, Brunnem. *lib. cit. cap. 1. n. 16.* cum instrumenta cessionum rem plerumque aliter narrent, quam revera contingit: quandoquidem qui lites modico pretio redimunt, majoris summæ solutæ confessionem à cedentibus impetrant, aut locovenditionis fictam aliquam donationem substituunt, & quæ sunt alia artificia ejusdem generis. Jam ejusmodi simulationes & dissimulationes in fraudes desinunt, quibus jura minime favent, sed potius omni modo adversantur. Unde ipsæ simulationes in jure pro odiosis habentur.

§. XXXVI. Sed quam isti adferunt rationem excludendi simulationes, nullo nititur fundamento, cum verius dici possit, eas sublata Lege Anastasiana per se nullum habituras locum. Quid enim quæso his magis occasionem præbet, quam ipsa prohibitio actiones suas libere alienandi atque cedendi? hac contra cessante necesse non erit ut quis aliud agat, aliud vero agi simulet. Quod si enim non attendatur quantitas pretii, sed cessio quomocumque facta sustineatur, pauci verebuntur, rem, prout gesta fuit, narrare, & venditionis, prout revera facta est, confessionem utpote sibi innoxiam edere. Saltem nemo falsum pretium allegabit, sed si verum ignorari malit, plane tacebit quantitatem, cujus expressione absque Lege Anastasiana, minime opus est, modo venditor se pretium conventum accepisse fateatur. Tum enim ipse nihil amplius petere poterit, nisi exceptione solutionis in continenti liquida velit repelli. Debitor vero solvere jubebitur, sive nomen per donationem, sive alio quocumque titulo, sive magno pretio sive exiguo, fuerit cessum.

*Resp. b) De-* §. XXXVII. Deinde frustra urgetur simulationis odi-  
*bitori offi-* um, quoties causa odii cessat. Neque enim per se & sua natu-  
*cium in so-* ra improbanda est omnis simulatio ac dissimulatio, cum dudum  
*lutione fa-* luce meridiana clarius demonstratum sit à scriptoribus juris na-  
*cienti nibi-* turæ, falsiloquium in se indifferens esse, & pro diversitate circum-  
*præjudicat.* stantiarum aliquando quidem recte damnari, sæpe tamen etiam

licitum, immo non nunquam laudabile esse. Itaque tum de-  
 mum odiosa est simulatio, cum alterum lædendi occasionem  
 præbet. Hic vero nemo læditur, adeoque vitio verti non pot-  
 est cedenti ac cessionario, si ad vitandam injustam invidiam &  
 querelas debitoris male fundatas aliud simulent, quam revera  
 gestum fuit. Nam debitoris cessi, ut sæpius dictum est, plane  
 non interest, qua ratione inter creditorem eumque, qui ab eo  
 causam habet, fuerit conventum. Debitor enim obligationi  
 suæ iusto modo satisfaciens & debitum solvens nullum dam-  
 num metuere potest, quicquid etiam cedens & cessionarius  
 faciant, sive in cessione simulatio aliqua interveniat sive simpli-  
 citer confiteantur, quomodo ea facta sit, sive cedens nihil pro  
 debito cesso accipiat sive multum sive parum, sive cessionarius  
 lucrativo sive oneroso titulo debitum in se transferri curet.

*Argument.* §. XXXIIX. Ast nondum hic subsistunt adversarii, sed  
*contrar. 7.) 7)* obijciunt, cessiones actionum ideo iniquas esse, quia plerum-  
*Animus ve-* que fiant vexandorum debitorum causa, experientiam enim sa-  
*xandi debi-* tis testari, alterum altero esse vehementiorem in exigendo, &  
*sorem.* prosequenda executione, præsertim si transferantur in vitili-  
 giatos aut etiam Procuratores forenses, similesque qui sibi ip-  
 si patrocinari valent. Franzk. *Lib. I. Resolut. VIII.*

*Resp. Vexa-* §. XXXIX. Ast quæso, qua ratione vexari poterit  
*ri non pot-* debitor ad solvendum paratus, cum soluto debito tota  
*est debitor* lis cesset, & omnis obligatio, qua creditori obstrictus e-  
*solvere pa-* rat, absque ulla difficultate aut vexatione hac ratione fini-  
*ratus, qui* atur? Quod si autem hoc facere detrectet, quid obstat, quo  
*vero ani-* minus creditor, quocunque potest modo ad suum sibi reddend-  
*num habet* dum illum cogat, si per amicabilem admonitionem obligationi  
*vexandi.* satisfacere nolit? Tali enim casu luce meridiana clarius est, de-  
 bitorem denegatione vel protractione solutionis nihil aliud  
 vel-

velle, quam ut vexationibus suis iniquum lucrum cum damno *credito-*  
ac incommodo creditoris quarat. Tunc vero ipse sibi impu- *rem, meri-*  
tare debet, si per executionem rigidiorem vexetur & damnum *to ipse ve-*  
aliquod se sentire credat. Alia omnia sibi persuadebunt aequi *xatw.*  
hujus negotii aestimatores, nec censebunt, eum sentire da-  
mnum, quod sua culpa sentit, dum non solvit, quod debet.

§. XL. Ultimo & 8) afferunt, qui communem cantile- *Argument.*  
nem canunt, quod usuraria pravitas sic foveatur, cum pro de- *contrar. 8.)*  
bito 100. thalerorum tantum exsolvantur 80. vel 60. thaleri e. g. *Usuraria*  
Cedit quis nomen fortis 200. floren. acceptis 130. Cessionari- *pravitat.*  
us exigit totam fortem cum usuris: Quæritur num hoc recte  
fieri dici possit? Negant plerique, dicentes cessionarium re-  
vera tantum usum pecuniæ suæ alteri concedere, donec à debi-  
tore cesso solutionem impetraverit. At nec improbos scene-  
ratores facile ultra usuras consuetas adhuc dimidiam partem  
fortis lucrari studere. Jam omnes usurarios contractus esse  
nullos, imo in super eum, qui usurariam pravitatem committit  
amissione quartæ fortis partis esse puniendum. *Rec. Imper. de*  
*Ar. 1548. tit. Von wucherl. Contracten, §. Die weilaber: conf.*  
*Schöpf. de Cessat. Legis. Anast. c. III. n. 24.*

§. XLI. Sed responsio est clarissima, cum merito nega- *Resp. Ea*  
ri possit, hunc contractum esse usurarium, quia respectu debi- *pertinet*  
toris cessi nulla læsio occurrit, utpote qui non plus exolvere *ad mutu-*  
tenetur, quam antea tenebatur cedenti; cedens vero nullas u- *um, non ad*  
suras solvit, sed pretium acceptum retinet irrevocabiliter, nec *emtionem*  
unquam aliquid restituit, sed nominis periculum in cessionari- *nominis,*  
um transfert. Deinde hicce contractus mera est venditio, & nec *exten-*  
nihil commune habet cum mutuo, ubi demum de pravitate u- *denda.*  
suraria multa disquiri solent, quæ in cessione nominis l. actio-  
nis neuiquam locum habere possunt. Ut itaque maxime er-  
rent, qui æquitatem constit. Anast. ex hac pravitate usuraria  
metiri cupiunt; Sed forte quid dicant ipsi nesciunt, quæ enim  
ad mutuum solum pertinent ad emtionem venditionem non  
sunt extendenda, nisi de annuis redditibus sermo sit, quorum de-  
bitor ipse venditor manet, unde hoc negotium plus de mutui,  
quam

quam venditionis natura participat, quod in venditione nominis aliter se habere nemo non videt.

*Usum Practicum* §. XLII. Sufficenter, ut puto, demonstratum est, omnines rationes quibus æquitatem Constitutionis Anast. plurimi Doctorum prædicant commendantque, nullius momenti esse & genuina minime niti æquitate: ut merito miremur, quod hujus Legis Usus Practicum tot laudibus extollant, qui eo minus habet dubii dicente Schiltero *Exercit. XXX. tb. 80.* quoniam ratio juris & intentio Legislatoris non in apicibus Juris Quiritum, sed in æquitate naturali atque salute civium tuenda consistit, adeoque moribus Germanorum & usui fori nostri conveniens utique & accommodanda est. Desudat autem imprimis in praxi Legis nostræ probanda Brunnem. in *tr. de Cess. Action.* & contrariam consuetudinem corruptelam potius, quam consuetudinem appellat: neque de ejus usu dubitat Schæpfer de *Cessatione Leg. Anast. cap. I. n. 21.* dicens: *Lex Anastasiana adhuc hodie in usu est, nisi quorundam in LL. de facto peccantium malitiam jus constituere & abrogare, adstruere velis.* Nonnulli ejus observantiam firmiter probaturi allegant jura specialia, Marchica, Pomeranica, Saxonica, & alia Germanica, ubi auctoritatem Legis Anast. dubiam, plurimum roboris accepisse per varias Constitutiones Provinciales probant, vid. Schæpf. *cap. I. n. 21. 22.* Addunt hæc adhuc multarum facultatum juridicarum præjudicia, & Jctorum magni nominis longam feriem: e. g. Mornacium, Antonium Fabrum, Menochium, Manzum, Carpzovium, Lenzium, Mevium, Lãuterbachium, Strykium &c. ut hæc perspectis contrarium statuere nefas videatur.

*Sed rectius* §. XLIII. Ego vero aut nullum, aut valde exiguum Lenegatur. gis Anast. usum in Germania superesse puto. Nec aliud mihi Resp. adra- perfradent allegatæ Germanorum Leges, ex quibus si aliquæ tiones dis- exceptionem à regula faciant, non tamen propterea regulam sentienti- hæctenus defensionem deseram. Præterea dissentientes gratis sèpe um. provocare ad Constitutiones nomine quidem Legem Anast. confirmantes, sed reuera ejus usum tollentes mox ostendam

dam §. 53. Dissidentium multitudinem non curo, cum non de numero errantium sed veritate sententiæ sim sollicitus, nec practitorum scriptorum opiniones non ubique fundatas pro Evangelis habeam. Adde, quod nec desint, qui Legis Anast. usum hodiernum nobiscum negent, ex quibus allegare sufficiat Grœnewegium de LL. abrogat. ad Tit. C. Mandati vel Contra, ubi ait: *dicam libere quod sentio, scil. moribus nostris, si quis datis pecuniis actionis subierit cessionem, non usque ad ipsam tantummodo solutarum pecuniarum quantitatem, & usurarum, ejus actiones exercere, verum etiam integrum debitum petere potest;* quod & Giphanius docet ad L. 22. C. Mandati.

§. XLIV. Sed forte minus acres quod ad allata attinet sese gerent, omnemque argumentationis suæ vim eo convertent, ut quasi uno ictu quicquid contra moneri potest, opprimant, miris verborum ambagibus incalcantes, insignem autoritatem Juris Civilis in foris totius Germaniæ à multo jam tempore recepti atque ita commendati, ut prope absit à crimine, quisquis contra sacratissimas ejus sanctiones vel hiscere audeat. Verum enim vero litem hanc meam facere instituti mei ratio non permittit, maxime quod actum agere merito dicerer, si negotium à summis nostri temporis Jctis satis jam confectum, scil. in praxi Juris Romani autoritatem valde exiguam esse, denovo suscipere auderem: ideo hic afferre sufficiat, nefas esse, asserere, Germanos tam iniquos fuisse, ut subtilitates & sententias omni æquitatis ratione destitutas observari voluerint, quippe qui magis simplicitatem Juris gentium & ipsius rei naturam secuti sunt. Quæ enim quoque ex Jure Civili in Germania observantur, plerumque non alio quam solo æquitatis respectu locum habent, id quod patet ex iis quæ Excell. Beyer adfert in *position. ad ff. p. 245.*

§. XLV. Sed quis non miretur oscitantiam horum Autorum, constitutionem Anast. ad statum nostrum applicantium, ratio Juris quæ tamen adeo nos non tangit, ut potius rationi judiciorum Romani a.) nostrorum plane repugnet: ibi enim respicitur ad Oratores Lex Cincia casarum apud Romanos, qui initio non lucri, sed gloriæ studio, sponarii.

ditio, & quia ex instituto Romuli quilibet Patronus Clientes suos, à quibus aliis occasionibus munera accipiebat, gratis defendere tenebatur, causas suscipiebant, postea autem declinante morum castitate, linguam in quaestu habentes Lege Cincia, qua vetabatur ne ob causas orandas donum quis munusve capiat *vid. Brunneriana, cap. 2. p. 16.* & Jan. Vincent. Gravinæ *Orig. Jur. Civ. p. 62.* cohiberi debebant. Sed & hac per fraudem violata corruptioni caufidicorum constitutione Anast. occurrendum censuit Imperator, quæ quam parum ad nostros advocatos quadret, omnibus notum est, qui ex constitutionibus & statutis nostris illis salaria constituta cognoscunt. Tantum abest, ut in cessionariis nostris locum habeat, utpote qui nullum ob exactiorem debiti cessi unquam exigunt salarium, nec tamen gratis operam perdere ullo jure coguntur.

b) Favor  
inuitu de-  
bitoris cessi.

§. XLVI. Reipublicæ Romanæ diversam plane à nostris rebus faciem fuisse inde quoque constat, quod plebs Romana perpetuis occupata bellis gravem rei familiaris non potuit non sæpe facere jacturam. Unde patriciis opulentioribus gravissimo scenore & rigidissimis exactiõibus quam plurimos ad incitas redigendi patuit occasio, quam illi tanquam medium populi libertatem opprimendi avide arripiebant. Tandem vero plebs hujus asperitatis pertæsa semetipsam in libertatem vindicavit prima illa in montem sacram facta secessione, &, quam adhuc tantopere verita erat, fidei sanctitatem in suam fraudem toties commendatam eludere cepit, effecitque ut major quam antea debitorum haberetur ratio, creditorumque potestas, qua acerbè nimis abusi erant, multum minueretur, potiorque in dubio haberetur causa debitorum. Unde tam frequentes in jure de horum favore sententiæ. *l. 38. ff. d. re jud. l. 47. ff. de O. & A. l. 125. ff. d. R. 7.* Sed quam minus apte plerique ex nostris JCtis hac ad mores nostros applicent, facile est judicatu, cum nullum jam periculum adsit, ne ditorum multitudo ad imperium in pauperes per æris alieni gravitatem grassetur, aut plebs nominum contractorum onere ad seditiones excitandas commoveatur. Hinc non opus est moribus nostris tam blanda erga debitores in-

indulgentia, quantum graves corruptæ reipublicæ Romanæ morbi requirebant. Quare in germania passim processus executivus introductus est. *Ord. Proc. Sax. an. 1555. add. Rec. Imp. a. 1600. §. 31. 32.* gratus creditoribus, licet reis gravis & Romanis incognitus arg. *L. 9. C. de O. & A.* Sic obstagiorum, quæ quidem propter abusum per *Rec. Imp. de ann. 1577. tit. von Wucherl, Contracten 17. §.* **Wiewohl** auch: abrogata sunt, in Holsatia adhuc viridis est usus. Beneficium quoque cessionis bonorum à plerisque locis exulat. vid. Hopp. *Usum Hodiern. ad §. f. 7 de Act.* Unde perspicuum est, Germanis solum curæ fuisse, ut fidei conventorumque habeatur ratio. Conf. hic omnino *Dissert. Consultissimi Doctoris Frankii de Induciis ad literas Cambial. solvend. §. 8. & seqq.* Neque ergo cum ipsorum institutis convenit, ut creditoribus extorqueatur ac debitoribus tribuatur, quod hi ex natura contractus semel legitime ac valide celebrati debent. Potius eorum mores postulant, ut debitores ad fidem prompta integri debiti solutione liberandam omni meliore modo adstringantur.

§. XLVII. Neque Constitutiones Germaniæ, quarum ta- 3) *Constitutiones*  
 stræ adversantur sententiæ, cum potius à sanctione Anast. ple- *Germano-*  
 ræque recedant, & plane diversa statuant: id quod perspicere *rum pluri-*  
 licet ex *Decis. Elect. Sax. Nov. 28.* quæ cessionem ratam habet, *num à Ju-*  
 modo judicialiter & pretio dimidia parte non minore *factare Rom. re-*  
 fuerit: quod ut magis pateat ipsam oppono Decisionem: *Waccedunt.*  
 diereissen über die Frage und insonderheit weme die Übermaasse an-  
 der cedirten Schuld zu wachsen solle, nicht allein die Rechts-Lehrer  
 insgemein streitig, sondern auch in unsern Gerichten Zweifel vorge-  
 fallen, und leider am Tage, wie ohneacht der von unsern hochgeehr-  
 ten Herrn Vorfahren und Herrn Vaters S. Christmildigsten Ge-  
 dächtniß, wieder den Bucher vortheilbaffte und ertichtete Cessiones  
 und was deme mehr anhängig im Sorgauischen Ausschreiben und  
 absonderlichen Edict von 1. Febr. 1614. in öffentlichen Druck ge-  
 gebenen heilsahmen Anordnungen, dennoch dieses unchristliche Be-  
 stimmen je mehr und mehr überhand nimmet, eines theils das Armuth  
 lieder:

liederlich um das seinige, und diejenige so Noth leiden, je blarveiten  
 um das von ihren Vor-Eltern sauer erworbene Vermögen, gegen  
 einer schadden Erstattung gebracht; hingegen die Cessionarii und  
 die so es ihnen abhandeln, unzulässlicher Weise bereichert, auch nach-  
 mahlen die Schuldner mit harter Strenge die Zahlung zu leisten ü-  
 bereilet werden: Anders theils nicht zu verneinen, daß wann bey  
 jezigen geldmangelnden Zeiten, und da manchesmahl aus boshaffter  
 Verschleifung, manchesmahl aus Vermuth, die Glaubiger von ihren  
 Schuldnern keine Bezahlung erheben können, ihnen solche Schul-  
 den um ein billiges zu verhandeln nicht verstattet, und über dem lege  
 A n a k t a s i a n a alzu streng gehalten werden solte, niemand sich finden  
 würde, so vor eine solche Schuldforderung, so viel baar Geld als sie  
 in sich hielte, geben wolte, damenhero die Gläubigere bey ihrer ha-  
 bendens Forderung wohl gar Noth und Gebrauch leiden musten, über  
 dieses auch die Rechts-Lehrer nach Gelegenheit iherzehrter Unstän-  
 de, dergleichen Handlungen dem Legi A n a k t a s i a n a unterworfen zu  
 seyn nicht erachten; So haben wir diese Dinge in unsern Landen in  
 eine Gewisheit zu bringen, der Nothdurfft befunden. Sehen, ord-  
 nen und wollen demnach, daß ob wohl alle Cessiones entweder ge-  
 richtlich oder ohne Solennität, und außserhalb Gerichts, nach Zim-  
 halt der Gerichts-Ordnung Tit. 46 §. So lassen wir auch. (wo-  
 bey es allerdings sein Verbleiben hat) geschehen sollen. Doch hin-  
 führo in dem Fall, da einer künftig eine Schuld, oder action, wenn  
 er die Mittel solche fortzusetzen nicht hat, oder selbige selbst einzumach-  
 nen ihm sonst befähwerlich zu seyn erachtete, wie auch aus andern  
 erheblichen Ursachen einem andern um ein geringeres als die Schuld  
 an sich selbst berräger (jedoch daß solches zum wenigsten den halben  
 Theil erreiche) verhandelt wolte, er solches coram quocunque Ju-  
 dice gerichtlich thun, die Summa, wie hoch er solche überlassen, in  
 der Cession benennen, und dadurch die causa debendi vor gnugsam  
 bestärket gehalten werden soll; derowegen jedermahls solche causa  
 debendi und das quantum debiti, wie hoch hingegen die cedire  
 Post angenommen, richtig ohne einigen Falsch, Gesehrde oder ertich-  
 tete Titul, mit deutl. Worten ausgedrucker, und wenn dieses observi-  
 ret wird, die cessio vor straffbar nicht erachtet, und in hohen und nie-  
 dem



dem Verächten darauf erkennen werden soll. Es wäre dann selbige also beschaffen, daß der cedent ob non fecerit implementū zu klagen Ursach hätte, damit er dan billig gehöret wird; So aber erschiene, daß hierinnen einiger Betrug oder Falsch vorgegangen, und also dieser unseiner Anordnung zuwider gelebet würde, die ganze Forderung unserm Fisco, oder jegliches Orts Obrigkeit, auf vorübergehende Klage und rechtliche Erkänntniß heimgefallen, derselbe aber hingegen dem Schuldner nicht allein leidliche Fristen zur Zahlung zu verstaten, sondern auch die aufgelaufene Zinsen, bis auf die Zeit, da es dem Fisco oder der Obrigkeit gänglich zukommen, zu erlassen gehalten seyn soll. Welches wir auch von denen Schulden so allbereit cediret, wenn gerichtlich darauf geklagert wird, also gehalten wissen wollen, indem dieses allbereit quoad causam debendi im Vorgaußschen Auschreiben und Edict de Cessionibus versehen. Quo ipso quis non videt, penitus enervari Legem Anastasianam, dum pretii quantitas, nisi quatenus ex alio plane capite, nempe læsionis infra dimidium, attendi jubetur, plane negligitur, & quoties commissio falso in legem provincialem peccari contingit, totum debitum fisco vindicatur, quæ omnia Romano jure secus se habent. Clarius adhuc Legis Anastasianæ in mea Patria nullum esse usum perspicitur ex Jure Provinciali Prutenico, quo omnis actionum cessio in judicio fieri jubetur, eoque observato pretii quantitatem respiciendi diserte prohibetur Lib. V. Tit. VI. Art. V. §. III. qui hujus est tenoris. Da auch jemand zu einem zusprüche, Action oder Klage hätte, sie seyn zu eines Person oder Güter: So mag er dieselben wohl einem andern übergeben, cediren und verkauffen. Und ob wohl nach gemeinen Kayserl. Rechten nicht nöthig, daß der, gegen dem die Klage stehet, in solchen Kauff oder Ubergabe willige, oder etwas davon wisse; denn ob ers gleich nicht gerne siehet, so mag doch der Kläger seine Klage nichts desto minder übergeben und cediren: So ordnen und wollen Wir doch, daß keiner Unserer Unterthanen einem Fremden oder Einheimischen einige seine Action, Ansprach, Forderung oder Zusprüche, zu eigen übergebe oder zustelle, mit cession oder in andere Wege: Es geschehe dann jedes Orts mit Unserer Amtleute oder

te oder Gerichte Bewilligung, Was aber dawider ſürgenommen würde, daſſelbe ſoll nichtig und unkräftig ſeyn, und nicht gehalten werden. Und wann die Ceffio einer Schuld dermaßen geſchehen, ſo ſoll aller Gewinn und Vortheil, ſo der Käufer über ſein gezahltes Kaufgeld an cedirter Schuld haben konnte, ob er gleich ſo viel dafür nicht gezahlet, dem Käufer oder Ceffionario bleiben, und ſan ſich der Schuldener wieder denſelben des im gemeinen Recht gegebenen beneficii Conſtitutionis Anaſtaſiana nicht gebrauchen.

*Facile eluditur Lex Anaſt. a) ob difficilem probationem venditionis minore pretio facta.*

§. XLVIII. Porro conſtitutionis noſtræ in foris fere nullum eſſe uſum practicum, etiam inde colligitur, quod vix apparere poſſit aut ſoleat, quantum cedens infra verum nominis pretium à ceſſionario acceperit. Ubi urgere poſſem, etſi de ſumma ſoluta certo conſtet, tamen impoſſibile eſſe, determinare, num pretium à ceſſionario cedenti ſolutum rem ceſſam adequet, cum ipſimet adverſarii concedant, in exquirenda pretii æquitate computari debere æſtimationem ſumtum judicialium, laboris advocati, periculi item, & ceſſantis, per longi temporis fruſtrationem, emolumentum. Sed quis in hac emtione aleam continente eorum omnium calculum accurate ſubducere poterit? Quis ſpatium Proceſſus, quis ſumtum quantitatem, quis periculum, ne in fine inanis ſit actio, præſagire? Hæc enim plerumque nec poſt definitam cauſam accurate computari poſſunt. Saltem vix ad punctum determinari queunt retro, quod tamen neceſſarium eſt, cum juſtitia pretii non ab eventu forte fortuna ſuperveniente dijudicetur, ſed ex tempore contractus initi æſtimetur. Et unde apparebit, quantum revera cedens à ceſſionario acceperit? Intentio eorum eſt ut debitor integrum ſolvat ceſſionario. Sciunt eum ad Legem Anaſtaſianam provocaturum, ſi reſciſcat, minus fuiſſe ſolutum. Eadem vero opera de majore pretio conventum fuiſſe ſimulant, qua ſe in minus conſenſiſſe conſtitentur. Parum ergo cauti forent, niſi fucum ipſi facerent. Itaque cedens à ceſſionario integrum va-

lo-

lorem palam quidem accipiet, sed quantum ipsi remittere cupit clam eidem restituet. Quo factò quia prius in iudicio vel coram testibus, postèrius inter solos contrahentes peractum, facile erit, falsis probationibus Legem circumvenire. Adde quod cessionarius non cogatur ex jure cesso suo nomine agere, sed salvam habet actionem directam, quam tanquam mandatarium ex persona cedentis instituere, nec à debitore cessionem scienti repelli potest, quasi ex falsa qualitate agens, ut præjudicio confirmat Huber *Prælect. ad ff. Tit. Mandati th. n.* Itaque ne quidem opus habet simulatione majoris, quam revera solvit, pretii dati. Potest enim omiſsa cessionis mentione simpliciter cedentis nomine ex mandato agere, neque adeo titulum cessionis & pretii quantitatem probare tenebitur, sed tum tantum exceptionem Legis Anastasianæ, si eam valere supponas patietur, si debitor possit probare quanto minoris summa debiti solverit emtor, quod generaliter requirit Sand. *Lib. 3. tit. 7. def. 2.* & ex eo Huber *ad ff. Tit. d. Hered. vel act. vend. th. 7.* Id vero vix possibile est, nisi confugiatur ad juramenti delationem, quæ ipsa satis periculosa est. Nam raro de calumnia jurare poterit deferens, ac, si ad hoc promptus sit, aliquando sua cura & periculo fisco locupletabit, aliquando jurante adversario inanes impensas faciet, forte etiam actionem injuriarum pro lucro reportabit.

§. XLIX. Et quid si constet de minore pretio soluto? *b) ob animum vexandis debitoris præsumptione bonæ fidei remotionem.* non ideo statim locus erit Legi Anastasianæ, quæ præter pretii villitatem etiam dolosam machinationem debitorem vexandi requirit. Hanc vero quomodo probabit debitor? Certe non ipsius assertioni non credetur, non sufficere dicere, animum vexandi in redemptoribus litium præsumi: præsumtionem enim hanc Juri adversari docet illa regula qua dicitur quemlibet præsumendum esse bonum donec probetur contrarium; nec facile suspicio doli vel fraudis in virum bonum cadit, & cessionarius, qui in locum creditoris legitima ratione succedit, studio dolose agere voluisse, præsumi non potest: dolus enim nunquam præsumitur sed probandus est *L. 51. ff. pro Socio.* Cautius igitur ab hac

hac imputatione satis in actorem injuriosa, adeoque reo etiam ob metum actionis injuriarum periculosa, reus abstinebit. Sed sic etiam integrum solvet, nec ulla ratione Legis Anast. allegatione obligationem suam minuet.

*Multitudo  
exceptio-  
num ipso  
jure civili  
regulam  
obruer-  
tium.*

§. L. Spero itaque satis copiose sententiam meam fuisse probatam, cui adversarii vel in viti accedunt, cum infinitis fere exceptionibus suis & limitationibus constitutionem hanc ita obruant, implicentque, ut nihil præter nomen ex illa retinere videantur: Ita concedunt, valere Cessionem, si necessitate facta sit, quia tunc non videatur in vexationem & fraudem debitoris cessi facta, & superfluum lucro cedere cessionarii. *vid. Lenz. de Cess. nom. cap. 25. n. 15. Brunnem. cit. tr. c. 1. n. 28.* Pertinere huc quoque nomen sub hasta venditum, cum quæ publice fiant, omnem simulationem & sinistram suspicionem excludant: *Brunnem. c. c. n. 48.* cessare quoque Constit. Anast. in cessionibus, quæ fiunt ex juris quadam necessitate, ob contractum præcedentem, & se per modum accessorii habent. Attendi enim tantum venditionem tanquam principaliter gestam, non vero cessionem, quæ per consequentiam fuit celebranda *Lenz. c. 25. membr. 3. n. 5. & seqq.* Sic quoque valere cessionem fatentur, si fiat ob inopiam debitoris, qui expensas Processus suppeditare vel ob potentiam adversarii vel etiam ob molestias litis jus suum persequi recusat. *vid. Ill. Stryk. Cau. Contract. Sect. 4. c. 2. §. 13. inf.* Porro si cessio ob distantiam loci cedenti sit inutilis, utilis vero cessionario. *Stryk. l. c.* In ejusmodi vero obligationibus, quæ in publico sunt commercio, ut in Belgio, obligationes æris alieni à republica contracti & Actiones societatis Indiarum, plane exulare jus hoc sponte concedunt. *vid. Huber. ad ff. Tit. d. hered. vel act. vend. Thef. 7.* Plures exceptiones adhuc adducere, ideo supervacuum duco quod *Benev.* Lector plures perspicere gestiens, cupiditatem suam abunde explere possit, legendo Auctores sæpius jam citatos: *Lenzium, Brunnemannum, Sandium & imprimis Schœpfferum & c.* quibus observatis magna illarum satietas eum capiet, patebitque, valde stupidum esse oportere cessionarium,

rium, nisi de aliqua cautela, ex qua suam emtionem ad casum aliquem exceptum referre queat, sibi prospexerit; adeoque legem Anastasi, ad summum nihil aliud esse, quam decipulam simpliciorum.

§. LI. Firmata ita sententia mea, paucis quantum publico interfit, ut cessione nullum repagulum ponatur, declarata in Republica feruntur, merito ex emolumento, quod inde in cives redundat, estimanda sunt, quæ utilitas tum demum maxime obtinetur, si quæ publicis commodis obstant, removeantur, omnisque damno aditus præcidatur, id quod hic accidit, si id agatur, ut conventiones & pacta observentur, fidesque salva ab omnibus conservetur, de qua, tanquam firmissimo humanæ societatis & commerciorum vinculo, imprimis laborandum est: Et ut Cicero *Orat. pro Rosc.* dicit: *Gravius crimen est fidem fallere ei, qui fidem amici in contrabendo secutus est, quam in simplici habere dolo.* Sæpius enim alias fidem non præstando, cum ingenti creditoris damno solutio protraheretur. *l. 135. §. 2. ff. de V. O.* cum tamen fides velit, ut creditor promptam solutionem sibi promittere possit. Interest enim ipsius, debito tempore de pecunia credita posse disponere, tanquam si eam jam in arca haberet. Nec ipsius tantum interest, sed debitoris etiam. Neque enim sibi metipsum debitor bene prospicit, boni ac prompti nominis existimationem negligendo, nam qui ad extremum usque tergiverfatur, maxima se apud alios onerat aut inopiæ aut inhumanitatis suspicione. Non minus præterea toti Republicæ imminet damnum, si fides frequenter fallatur, hac enim vacillante, commercia quibus omnis reipublicæ salus veluti anima corpus continetur, necessario pessimum ire solent. Huic vero periculo, ne respublica detrimentum inde patiatur, egregie occurritur, si caveatur, ut creditor quovis modo suum prompte consequatur, & si, vel quia lites abhorret, vel propter imperitiam suam aut aliam causam, extra processum à tertio suum quomodocunque accipere malit, liberrimum habeat arbitrium, quacunque ratione in alium transferendi nomen integrum, cum pleno jure illud totum exigendi.

2) *in sepi-  
endis liti-  
bus.*

§. LII. Denique publice interest, lites forenses, imprimis in hodierna prolixitate processuum, quæ cives facile in paupertatem inno ad incitas redigit, quantum fieri potest, minui. Quo posito necessario utilissima videri debet nostra sententia, utpote quæ sublata lege Anastasiana plurimas controversias ex ea tanquam ex hydra quadam Lernæa pullulantes uno lectu amputat. Id enim partim ex iis patet, quæ de mandato dixi §. 33. partim manifestum fit ex infinitis altercationibus, quæ inter Doctores de hac materia agitantur. Ita disputant: utrum lex Anastasiana pertineat ad actiones indubitatas? Ad quem pertineat pars debiti pretium conventum excedens? Utrum actionem immaturam præsentis pecunia minoris emere liceat? Quodnam pretium dicatur justum? Utrum toleretur læsio modica, quæ non excedit dimidium? Utrum cessionarius solutionem justii pretii an vero debitor cessus Legem Anastas. opponens ejus defectum probare teneatur? Quomodo probetur solutio justii pretii? An liceat nomen pro parte vendere, pro parte donare ob bene merita? Qua ratione bene merita probari debeant? Has quæstiones omnes, aliasque plures, mira dissensione discutunt, ut dubium non sit, tædiosissimum processum inde esse enasciturum, si ejusmodi lites in foris ventilarentur. At si libertas nomen alteri quocunque pretio cedendi creditori relinquatur, omnes istæ altercationes per se evanescent, idque ipsum in utilitatem reipublicæ redundat.

*Restriçtio  
dictorum  
quoad ea  
loca, ubi  
Lex Ana-  
stas. specia-  
lim rece-  
pta.*

§. LIII. Ne tamen patroni dictæ Constitutionis animum plane abjiciant, meque parum liberaliter cum ipsis agere jure arguere possint, non invidèbo ipsis plenum usum Anast. Constitutionis in iis locis, ubi illa specialiter & absque ulla limitatione est recepta. Ita non repugno, quo minus ea lex observetur in terris Austriacis juxta Cæsareum Rescriptum de ao. 1649. 2. Junii datum; ubi hæc reperiuntur verba: *Dahero wir umb so viel mehr bewogen worden aus völkommener Käyserl. und Königl. Macht und Gewalt beyührte Anastasianam und nachfolgende Justinianeam Constitutionem in L. fin. C. Mand. vel contra hiersdurch zu erfaischen, und wieder solche erfundene und noch künfftige Beschönungen, Unterschleiffe und Machinationes; dieselbe mögen* 1682

alsdem Namen haben wie sie wollen, auch noch ferner allergnädigst zu extendiren. Integrum vid. ap. Brunnem. *in fin. tract. d. cess. Act.* Ego de usu generali universæ Germaniæ sui sollicitus, nec contendo de iis locis, in quibus speciale jus introductum est, quod merito valere debere non nego, quamvis nihilo fecius iustas habeam rationes dubitandi, an id ibi quoque frequenter in Praxin possit deduci. vid. §. 48. 49. 50. Id tamen notandum moneo, frustra hic allegari Constitutiones, usum Legis Anastasiana re ipsa magis tollentes quam stabiliētes. Ita Illustr. Seryk. *Uf. Mod. tit. d. Heredit. vel act. vend. §. 9.* provocat quidem ad *Ordinar. Polit.* hujus Ducatus *Magd. Cap. 50. §. 23.* ubi Anastasiana Constitutio nominatim confirmatur, sed additur, eam non valere, nisi cessio ad offensam debitoris facta fuerit, quo ipso totus ejus usus tollitur, cum satis ostenderit, vilitatem pretii nihil ad offensam debitoris facere.

§. LIV. His ergo rationibus morus Legem Anastasianam *Temperamentum* cerebrina tantum æquitate niti, & exiguum valde in foris Germanorum usum Practicum habere, arbitror. Quod si de jure *Juris constituendi.* constituendo disputetur & quaeratur, utrum Legislatori sua venditiones nominum liberrimo creditoris arbitrio relinquat, an, ut eas, quæ minore pretio fiunt, prohibeat, non ambigo, quin ipsi potius consulendum sit, ut eandem libertatem, quam dominus in re corporali vendenda habet, eidem in cessione actionis permittat, nec debitori inquisitionem in quantitatē pretii, utpote quæ ipsius nihil refert, concedat, sed eum simpliciter ad debitum cessionario eadem ratione qua cedenti tenetur, solvendum compellat. Forte tamen erunt, qui rationum à me adductarum gravitatem & Germanorum studium fidem plene servandi ab una parte agnoscent, simul vero ab altera parte nec Anastasii legem æquitate sua destitui putabunt, adeoque potius de utraque sententia concilianda, quam de una earum penitus rejicienda laborandum censebunt. Id quoque facile obtinere poterit Legislator & partim debitori fauere, partim Creditori consulere, si liberam actiones quocunque pretio vendendi facultatem creditori concedat, sed debitori jus protumiseos intra breve spatium temporis exercendum lar-

giatur. Ita & creditor absque processu suum consequetur, & debitor conqueri non poterit, emtorem lucrum iniquum capere, utpote quod ipse acquirere neglexit. Et ne creditor ex jure protimiseos detrimentum sentiat, vel, dum pretio, donec debitor se declaraverit, carere cogitur, vel quia facilius invenitur emtor irrevocabilis, quam juri retractus obnoxius, utpote qui novit se omnes labores & impensas frustra ferre, si alter deinde jus suum exerceat, poterit etiam permitti adimpletio contractus inter cedentem & cessionarium, ea lege, ut debitor cessus cessionario aut pretium datum cum usuris & augmento v. g. duorum pro centum intra 4. septimanas vel alium terminum absque ulla lite restituat, aut, si id nolit, in idem condemnatur, quod cedenti præstare debuisset. Ita & creditori & cessionario & debitori prospicietur, & necrationes pro debitore allegari solitæ, nec eæ, quas pro libertate alienationis deduximus, negliguntur.

*Conclusio.*

§. LV. Tantum est, quod, ut tecum communicem, Benevole Lector, vitæ quam adhuc gessi academicæ postulavit ratio, neque tamen mihi persuadeo, me argumento huic plene satisfecisse: conatus solum fuit, cui si quis plenioram culturam addere cupiat, me non minus quam omnes veræ æquitatis cultores obstrictos sibi reddet, eoque facto obtinebit, ut in foris nostris minus restet litium: Quod ut fiat omnium sanctissimæ Themidos instituta rite venerantium

serium votum est atque

FINIS.

CORRIGENDA.

P. 14. §. 12. l. 18. negare *leg.* negent. p. 19. §. 19. l. 3. æquus *leg.* æquus. P. 35. §. 47. l. 7. oppono *leg.* appono.



NOBILISSIMO  
DOMINO RESPONDENTI,

SUO

S. P. D.

PRÆSES.



**D**uabus potissimum ex  
causis grata fuit oblata mihi  
elaboratio tuæ Disputationis de  
æquitate cerebrina legis Anastasi-  
anae & ejus exiguo usu practico,  
partim quod ea non parum illu-  
stret caput de causis protractæ  
hætenus in Germania administrationis justitiæ, & in  
specie illam sectionem, quæ docet, inter causas præ-  
cipuas referendam esse admixtionem juris peregrini  
cum jure Germanico, & ex illo quidem variarum le-  
gum nonnisi in æquitate aliqua cerebrina fundatarum;  
partim quod eam ita à Te elaboratam deprehenderem,  
ut non videretur opus habere emendatione, & sic ali-  
is negotiis jam alligatus possem multum temporis lu-  
crari quod alias in multiplicem correctionem vel et-  
iam in novam elaborationem mihi fuisset impenden-  
dum. Igitur reddo tibi eandem totam uti eam mihi  
tradidisti, & non solum de diligentia adhibita sed & de  
hoc

G

hoc specimine non vulgaris sed rarioris eruditionis ac  
iudicii tibi animitus gratulor.

Quamvis autem methodus sit arbitraria, & ea, qua  
usus fuisti, in se nullo laboret vitio, ac præterea fas-  
sus ipse fueris, tibi nimis tædiofum visum esse histori-  
am & occasionem hujus legis inquirere, non tamen  
diffiteor, me, si ante elaborationem consuluisses, tibi  
svasurum fuisse, ut ab occasione legis Anastasiana & e-  
jus ratione initium faceres. Uti enim occasio mon-  
strat intentionem legislatoris, intentio manuducit ad  
rationem, ratio est anima legis cujuscunque, viam  
parans ad intelligendam & explicandam eam, ita,  
quæ commentatores de ratione legis Anastasiana nar-  
rant, statim pervadent, vel ipsos ignorare rationem,  
vel verosimilius ipsam legem justa ratione destitui,  
quo facto lector mox ab initio quasi sensibilibiter con-  
victus de veritate doctrinæ tuæ fuisset, cum secundum  
methodum à te adhibitam, vincatur quidem, sed  
paulo tardius.

Quod igitur rationem legis concernit, non licuit  
mhi multos Doctores evolvere, sed tamen deprehen-  
di statim, vel plane superficialiter illos de ratione legis  
loqui, vel etiam in ejus declaratione illos variare.  
Brunnemannus ad L. 22. & 23. C. mand. summam dicit,  
in odium lites redimentium & usurariorum, &  
quia sæpe vexandi debitoris gratia cessio actionum fi-  
eri solita fuerit, legem Anastasianam latam esse. Wis-  
senbachius nullam aliam rationem profert, quam, quod  
odiosa sint redemptiones litium; quod contra bonos  
mores sit alienas lites spe certi lucri in se transferre;  
quod laceffendi, vexandi debitoris gratia & calumni-

an-

andi atque ulciscendi animo, fere lites redimantur. Schoepfer in disputatione, quam citasti, rationem legis Anastasianæ in eo quaerit, quod cessiones nominum & actionum factæ fuerint in fraudem prohibita Advocatis transactionis super quota litis. Brunnemanni ratio de odi usurariorum vix convenit verbis & menti Imperatoris. Reliquæ, quas cum Wissenbachio communes habet, conveniunt quidem cum verbis Anastasii, sed sunt nimis generales, obscuræ, & imo petentes, ut dialectici loquuntur, principium. Schoepferi ratio de pacto super quota litis respicit legem Cinciam, secundum cujus caput primum nec donum nec munera capere licebat Advocatis a Clientibus. Cessabat vero tempore Anastasii hoc caput legis Cinciae, cum sub Imperatoribus honorarium liceret capere & exigere Advocatis, unde & redemptio litium, quo nomine talia pacta super quota litis insignebantur; illicita amplius haberi non poterat. Adde, quod, etiamsi maxime demus, contra regulas decori peccare redemptionem litium, regulariter tamen ad regulas decori observandas nemo per leges poenales cogi debeat, si non simul violentur leges justitiæ. Imo ne ipsæ quidem redemtionem litium semper decori & humanitatis præcepta violabant, cum sæpius ipsa humanitas svaderet, succurrere per hanc redemptionem inopi cedenti, præprijis si debitor potens esset.

Et quamvis legem 2. C. *ne liceat potentioribus &c.* (ubi sub poena amittendi debiti prohibetur cessio in potentiores,) tanquam ad legem Anastasianam parum pertinentem, obiter saltem tetigeris §. 29. tamen & de hujus legis ratione multa asserri possent ad scopum tuum

um tendentia, si temporis ratio id permitteret? Quid si enim, ut dixi, & debitor sit potentior? Certe limitationes, quas Brunnemannus *ad d. l. 2.* collegit, tales sunt, ut totum legis usum tollant. Malitiosam cessionem & intentionem opprimendi adversarii requirit Perez *ad d. t. n. 1.* sed uti de ea nihil in textu speciatim dicitur, ita & hæc limitatio ad nihil prodest, nisi ad impediendam celerem justitiæ administrationem, cum difficillimum sit, hanc intentionem probare. Docet equidem Jacobus Gothofredus, quod lex ista respiciat specialem illorum temporum duritiam creditorum, quæ etiam ex aliis particulis illius legis ab ipso *ad Cod. Theod. Tom. I. p. 134.* relatis appareat. Sed propterea tamen neque sic salvatur prudentia & æquitas hujus legis, cum, ut recte docuisti, etiam injustitia debitorum non fuisset negligenda, præcipue vero, cum creditorum durities iterum peccet contra regulas humanitatis, debitorum vero dilaciones solvendi debitum violent leges justitiæ. Ut taceam, dubium esse, annon lex illa secunda quæ Arcadii & Honorii est, per legem Anastasianam (quæ generaliter de cessione nominum loquitur, nec inter cessionarios distingvit) tanquam posteriori plane sit sublata. Quod si factum fuerit, & in eo peccavit contra regulas prudentiæ Anastasius, quod permisit donationes nominum, cum sane potens inopem Creditorem sub promissione aliorum officiorum facile ad donandam actionem potuerit impellere, quo pacto majus damnum sentit pauper, quam si actionem etiam viliori pretio vendidisset.

His præmissis non ægre feres, si circa elaborationem tuæ disputationis adhuc nonnulla admonuero.

inu

In

In §. 19. & 21. inter alia affers, quod non liceat de debito certo transigere. Sed cum duplex sit certitudo debiti, alia *juris* alia *eventus*, tu de certitudine priore eam regulam intelligis, cum tamen ratio postulet, ut de certitudine *eventus* primario sit intelligenda. Interim dissentientes, contra quos disputas, hanc objectionem tibi facere non poterunt, cum & ipsi regulam illam de certitudine *juris* exponere soleant, seducti videlicet ab Ulpiano, ut latius docui in notis ad tit. ff. de transact. p. 65. seq. Unde valebit saltem argumentatio tua tanquam argumentum ad hominem.

Idem etiam monendum est circa dicta §. 24. & 48. Nam quod cessionarius possit etiam imputare in pretium venditi nominis, impensas, tædia dilationum, pericula *eventus*, curas pendente lite &c. tantum abest, ut quadret ad mentem legis Anastasianæ, ut potius ejus usum plane tollet. Sed & hoc tamen argumentum valebit ad hominem, si dissentientes eam limitationem adhibeant.

Porro quod usum hodiernum legis Anastasianæ attinet, Wissenbachius ad *d. l. 22. & 23. C. mand.* testatur, moribus Galliæ, Geldriæ & totius fere Europæ legem Anastasianam penitus exolevisse & ad jus veterum digestorum rediisse observantiam hodiernam. Requisita vero, quæ Lauterbachius *ad tit. ff. de hered. vel act. vend.* ad fundandum usum legis Anastasianæ ponit, vel aperte repugnant menti Anastasii, vel difficillimæ iterum sunt probationis, & ad nihil aliud aptæ, quam ad lites in infinitum protrahendas. Similis est ratio *l. 2. C. ne liceat potentioribus* testibus pluribus auto-

ribus, quos Groenew. ad illam Legem citat. conf. Wif-  
fenb. ad eand. p. 227.

Utilitatem assertionis tuæ quod attinet, de qua  
agis §. 52. addere ibi dictis poteris, quod genuini Juri  
valde interfit, ut perspicue cognoscat, leges Roma-  
nas & potissimum leges Codicis, sæpe ostendere in-  
firmum defectum prudentiæ legislatoriæ, adeoque abs-  
que justa & sufficienti causa communiter tantopere  
prædicari insignem sapientiam Romanorum, imo eos,  
qui talia faciunt, encomiis illis intempestivis nihil ali-  
ud indicare, quam quod ipsi genuina prudentia poli-  
tica careant. Quod in specie legem Anastasianam at-  
tinet, eam non solum ad mores Germaniæ non qua-  
drare, ideo, quod ea in æquitate cerebrina se fundave-  
rit, sed etiam quod tempore Anastasii tam infernalis  
tædiositas processuum non in usu fuerit, quæ hodie  
proh dolor apud nos ubique regnat, ex qua rursus nova  
& fortissima præsumptio oriatur, cessionem actionum  
etiam in potentes, hodie non fieri ex intentione vexan-  
di debitorem sed potius ex intentione evitandi hanc  
diuturnitatem processuum ex parte cedentis, ac ex parte  
cessionarii, quocunque modo legibus permisso præ-  
scindendi debitori conservas litium protractiones, v.  
g. si debitor ille simul sit creditor cessionarii &c.

Circa temperamentum sententiæ tuæ quod pro-  
ponis §. 54. id moneo, idem quidem etiam placuisse  
Groenewegenio, sed tamen non pauca esse, quæ illud dis-  
suadere videantur. Nam initio nullum est dubium, ob-  
jectum juris retractus vel protimiseos tale esse debere,  
ut

ut in res retrahendas eadat affectio peculiaris, alias enim cessaret omnis ratio generalis, ob quam jus retractus est inventum; deinde constat, ne quidem omnes res in quas affectio cadit, esse objectum juris retractus, sed potius solas res immobiles. Unde ex duplici capite nomen cessum est objectum, ad quod jus retractus non quadrat, partim quia in quantitatem non cadit affectio, partim quia nomen ad res mobiles potius referri debet. Adde quod hoc temperamento addito cedens & cessionarius variis modis id eludere possint, vel si cessionarius saltem agat procuratorio nomine, vel si cessioni inferatur major summa pretii; quam ipse revera dedit, vel aliis quibuscunque modis. Ad minimum, si contra forte afferas, nec debitori defuturas esse cautelas, has elusiones evadendi; temperamentum illud non præscindet protractionem litium, sed potius lites multiplicabit & diuturniores reddet.

Miror igitur, cur non elegeris temperamentum juris patrii, ut omnes cessiones debeant in iudicio peragi. Etsi enim & hoc temperamentum pro superfluo habeam, cum, quantum mihi ex verbis à te §. 47. adductis, perspicere licuit, non requiratur ut iudex causam cessionis cognoscat, & super ea consensum debitoris requirat, vel sententiam ferat; sufficit tamen, quod illud temperamentum non sit noxium, & forte aliam quandam utilitatem mihi quidem parum cognitam intendat.

Cæterum voveo, ut DEUS ter optimus maximus tibi, nobilissime Respondens ex alto benedicat,  
&


& quemadmodum singulari Tua diligentia ac modestia, per totum temporis spatium, quo in Alma nostra Fridericana studiis dedisti operam, exemplum aliis, quod imitentur præbuisi, ita nullus dubito, quin divina providentia ubique tibi Mecenates & Patronos paratura sit, ut quam proxime digna modestæ eruditionis tuæ præmia consequaris. Vale.


Dabam die xxiv. Aprilis,

MDCCLXXVII.









01 A 6544

ULB Halle


002 931 29X

3



Retro ✓





DISSERTATIO JURIDICA,  
*DE*

**ÆQVITATE CE-  
REBRINA ET EXI-  
GUO USU PRACTICO LE-  
GIS ANASTASIANÆ,**

*Occasione Juris Provincial. Prutenici,*

LIB. IV. TIT. VI. ART. V. §. III.

*QUAM*

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
*SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,*

**DOMINO CAROLO,**

PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-  
DENBURG. CETERA,

*In Regia Fridericiana,*

PRÆSIDE,

**DN. CHRISTIANO THOMASIO,**

JCTO, S. REG. MAJ. BORUSS. CONSILIARIO INTIMO.

ACADEMIÆ DIRECTORE AC PROFESSORE PRIMARIO, FA-  
CULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO ET H. T.

DECANO,

*IN AUDITORIO MAJORI,*

A. d. vii. MAJ. Anni cId. Idcc. XVII.

*Publicæ Eruditorum disquisitioni submittes,*

AUCTOR RESPONDENS,

**CHRISTOPHORUS HENRICUS Borhoff/**

Insterb. Boruffus.

*HALÆ MAGDEBURGICÆ,*

Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.

XIX

